






INITIVM·SAPIENTIE·TIMOR·DOMINI

Aelij Antonij Nebrissen. introductiones in latinā grāmaticē per eūdem recognitę atq3 exactissime correctę glossematis cū antiquo exemplari collatis.

Cum priuilegio Imperiali.







Prologus.

O Mihi. Alloquitur artem suam Antonius quasi filiam quandam ex se genitam: que cum sit multo iam tpe omni caste integreq; ab illo educata: iubet ipsam valere: atq; ex latebris domesticis i lucē emittit. Qd tamē ergo est: etasq; ludibrio exposita: addit illi glossemata qsi comites stipatoresq;: q illā deducāt: atq; ab inuidorū iniuria defendant: asserātq;. Dat illi preterea mādata: vt suo noie salutet discipulos quoscūq; aut vbicunq; nacta sit. Imperat quoq; illi vt in pmis regiā domū reuerenter adeat: vbi nō oino erit hospes qppe q illic inuētura soror es fratresq; ad quos diuertat. Deīde pcipit vt suis vbs. pauca regine ipsi dicat. O (iqt) ars mea quā genui. Trāslatio freqs est: nam eo modo poetę opa sua dnr gignere atq; amare: quo parētes filios: autor est Aristoteles in libro ethicoꝝ. ix. Tps in omne. i. in eternū: sic Ouidi9. Effice me meritis temp9 in omne tuū. & Vergili9. Salue mihi maxime palla eternūq; vale. Tēp9 in omne. Iucūda repetitio Sappho poetisse freqntissima. Tu9 genitor. i. autor. pstatq; in allegoria. Habet qd possit addere aut demere: nā in recte factis vt ait Aristoteles. ij. ethicoꝝ: nec addi: nec detrahi qcq; potest. Et te iam grādē. ac si dicat nubilē ac viro maturam. Exire latebras. vbi antehac latuisti. & viuere in media luce. i. versari i oculis hoīm ac freqntia Sed ne sola. qd in virgine piculosum est. Glossemata. i. glossulas: sic em greci appellāt: q autoꝝ lectiōi enarratores de suo addūt viua (vt aiūt) voce. Que te circūstēt. i. satellitio stipēt eodē nāq; modo glossule apponunt lectiōi: q stipatores cingūt lat9 atq; circūstāt eū quē comitāt. Quolibet. i. in quācūq; partē. Comitata his scz glossematis. Vulg9. i. multitudinē impitā. Verba maligna. ab inuidia detractoꝝ nascentia. Qui scz hoies impiti & detractores. Cū nō agnoscāt te. i. intelligant qd cōtineas. Mera somnia. i. pura & q nihil significēt: nā sunt etiā aliqd significātia: illa q sunt vcz pituita purgatissima. Martialis. Semp mane mihi de me mera somnia narras. Vergil. in bucco. An q amāt ipsi sibi somnia fingūt. Vers9 nihili. ociosos & nullius momēti. Supposuere meis. i. qsi suppositicios inseruerūt. Ito bonis auib9. i. auspiciis foelicibus. Antiqui em sine augurio nil incipiebant. Impartire salute multa. i. saluta meis vbis discipłos meos. sic Terenti9 in eunucho. plurima salute Parmenonē summū suū impartit gnato. Vtroq; em modo declinat impartior. & impartio. Vtrosq; scz discipulos & discipuloꝝ meoꝝ. At si forte. Qr pmittit autor artē suā libere vagari: suadet illi vt domū regiā in primis adeat. Auguste limina. i. regine. Nā vxores Cesarū auguste appellantur. Vergi. j. enei. Perge modo atq; hinc te regine ad limina perfer. Nusq;. i. nullo loco. Tota ianua. sic Martialis. Nulli tota magis ianua poste patet. Sorores. duas artes grāmatices. alteram quam ipsius regine imperio e regione versuum hispaniēsem fecim9. Alterā: in qua sermonē hispanū sub regulas atq; artis pcepta cōtraximus: opus eiusdē regine auspiciis editū. Que te subcollent: humero & collo ferant. Varro in. iij. de re rustica de apibus: regē (inqt) suū sequuntur & fessum subleuant. & si nequit volare: subcollāt. Sueto. in Othone. Donec commilita meta subcollatus.

Ad artem suam autor.




O Mihi per multos caste nutrita labores
Ars mea: quā genui: tps i omne vale.
Tps in omne vale: neq; em tuus addere qcq;.
Sed neq; qd genitor demere possit habet.
Quem sua nunc ætas opa ad maiora remittit.
Quæq; sibi fuerint inuidiosa minus.
Et te iam grandem latebras exire paterni
Liminis: & media viuere luce decet.
Sed ne sola domo vadas: glossemata iunxi:
Quæ te circunstent quolibet ire velis.
His comitata (metu posito) cōtemnere vulg9:
Et detractorum verba maligna potes.
Qui non agnoscāt cū te mera somnia fingūt:
Qui nihili versus supposuere meis.
Ito bonis auibus: tamen impartire salute
Multa: discipuli sint vbicunq; mei.
Siue ego quos docui: vel si quis doctus ab illis:
Nam licet & fas est dicere vtrosq; meos.
At si forte roges quo primū vertere cursus:
Quamq; tibi iubeam protinus ire viam.
Te prius ad nostræ hinc augustæ limina pferi
Nusq; tota tibi est ianua aperta magis.
Inuenies illic ab eadem stirpe sorores:
Quæ te subcollent excipiantq; sinu.
Altera qua nostro mutatur sermo latinus:
Altera quæ hispane nectere verba docet.
Preterea fratres alia sed matre gemellos
Inuenies: quos tu non aliena petes.
Alter enim latio sermonem reddit iberum:
Alter ab hispanis verba latina refert.
Si regina tuos repetet voluetq; libellos:
Vtq; solet vultus forte serenus erit:
Pauca tui referes memor hec mandata parētis:
Temporibus vestris nonnihil iste dedit.
Quod si tu nobis fœlicia tempora donas:
Et meus illustrat sæcula vestra parens.

Preterea fratres. i. duo vocabularia alia sed matre. idest diuersa vocabulorum materia. Nam alterum ex sermone latino in hispanum. Alterum ex hispano in latinas conuersum dictiones. Forma vero est quam ars inducit: nomina et verba aliasq; partes orationis quadrans ad sermonis structuram. vnde signanter dixit alia matre: alludens ad materiam vocabulorum. Gemellos. Quia simul geniti atq; editi sunt. Latio. idest latino sermoni. Iberum. idest hispanum. Si regina. quid ipsi regine dicat ostendit. Nonnihil. idest aliquid. & modeste de se loquitur: atq; ex Martiale sumptum est. Quod si dicis o regina te dare nobis tempora fœlicia: & meus parēs sua doctrina facit secula vestra illustriora.

CAELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS ISABELAE PRINCIPI SVAE.S.D.



VM introductiones meas præclarissimo tuo nomine recognitas atq; interpretatas ędere cœpissem: multi a me petierūt: vt illū ipsum prologū: quo sum celsitudinē tuam præfatus enarrarē: tum ꝙ ꝓpter eas antiquitates quæ in eo perstringūtur: subobscurus atq; difficilis cognitu videretur: tum etiam ꝙ rei litterariæ ꝓfessores a proœmio librorum semper auspicari consueuerunt. Et quāq; multa erant quæ me id facere prohiberent: tum ꝙ commentarios cōmētariis inculcādo nimio apparatu tempus insumebat: tū ꝙ officiū interpretis est multa in cōmēdatione autoris illius dicere quē exponit: tū deniq; ꝙ nullo exēplo aut perq; raro id fieret: vt quisq; autor suū opus interpretaret: gessi tamē illis morē: quib9 nihil denegare potui. Expositionē igit præfationis aggrediamur. Ad optimā eandēq; maximā. In titulo siue indice siue inscriptione cuiusq; operis duo pręcipue ānota sunt: nomē autoris & subiecta libri materia. Quidā addūt & personā: cuius noīe opus illud inscribit: quæ si expressa nō fuerit: nihilomin9 tamē intelligim9 librū publicæ lectorū vtilitati dedicatū. Autor igit est Aeli9 Antoni9 Nebrissensis grāmatic9. Materia est recognitio cū cōmētariis introductionū suarū: quas de sermone latino iā his ędiderat. Persona cui op9 dedicat est optima eademq; maxima Augusta Isabela. Titul9 nō vt quidā furore perciti diuināt: a titane hoc est a sole dicit: quia illustrat qua de re in illo opere disputatur: sed autore Festo Titulus a Tutādo venit: quia tuetur & ꝓhibet: ne plagiarius quispiā librū alieno labore partū pro suo ędat. Index vero dicitur ab eo quod & autoris nomen simul & materiam indicat: & quasi digito demōstrat. Inscriptio quoq; appellatur: quia prima statim fronte atq; libri initio inscribitur. Sed ꝗ ꝗ ordo naturæ desiderat: vt nomē autoris præponi debeat: deinde materia subiungi: tū demū ꝑsona cui9 noīe opus ęditur: nos inani quadā ambitiōe ꝑsuasi oīa inuertim9: postponimusq; qđ fuerat præponēdū. Pari sunt in errore: q in hūc modū loquūt. Rex & tu & ego venim9. Nā si verū est qđ grāmatici dicūt verbū digniori respōdere debere: eadē ratiōe dicēdū fuit: Rex & tu & ego venit. Qđ nō min9 absurdū ꝗ ridiculū est dicere. qm̄ in orōnis serie nō tā rerū dignitas: ꝗ ꝑsonarū ordo desiderat. Quare in titulo dicēdū fuit poti9: Aelii Antonii Nebrissen. Grāmatici præfatio in recognitionē cōmētarioꝝq; introductionū suarū ad optimā eādemq; maximā Augustā. Sed qm̄ autor est Aristoteles multitudinis arbitrio loqui oportere: sentiēdū vero esse cū paucis: in titulo q multitudini legēd9 ꝓponit: Augustā nostrā anteposuim9. Ad optimā eādēq; maximā. Ego nō alio potissimū dignitatis epitheto dignat9 sum hispaniarū reginā: ꝗ qđ antiquitas dedit suo Ioui: quē gręcia in arce diuinitatis cū posuisset: optimū maximūq; appellauit. Optimū videlicet ꝓpter bn̄ficētiā. Maximū vero: qa sup̄mū gradū in vniuersitate rerū obtinere putabat. Idē ppe valeret si dixissem. Ad altissimā eādēq; clarissimā Augustā. Nā Altissimū est qđ in summo rerū fastigio collocatū est. Clarissimū vero: qđ virtutis splēdore cōspicuū atq; illustre reddit: vñ gloria illa resultat: quā Cicero dicit eē cōsensum bonorū atq; incorruptā vocē bene iudicātiū de excellēti quadā virtute: tametsi in ep̄lis ad Lucillū Seneca Gloriā a Claritudine distare putet: vt gl̄ia sit cōsensus multoꝝ. claritudo vero tātū bonorū. Qđ vero nōnulli reges serenissimos appellāt: id neq; vsitate neq; latine dicit. Nā si vult9 serenitas: q animi trāqllitatē ꝓmittit virt9 ē: si iusticia. fortitudo. seueritas. grauitas. magnitudo animi. largitas. bn̄ficētia. liberalitas. virtutes regiæ sunt: vt Cicero pro rege Deiotaro scribit: nō min9 tamē ad subditos ꝑtinet. Regū igit ꝓpria est celsitudo claritasq;: & si ambitiose nimiū Vulpian9 in libris digestoꝝ titulo de senatorib9 dicat senatores quoq; posse claros appellari. Augustā. Quēadmodū vxores regū Reginæ: sic imperatoꝝ (vt vulg9 loqt) nō imperatrices: sed augustæ appellant. Augustā igit dixim9 siue ab augusto augurio. qđ hui9 auspiciis res oīs Hispana restituta est: siue ab augēdo: quia ipsa vires subministrāte: ductu atq; imperio dulcissimi cōiugis res publica hispana aucta ꝓpagataq; sit. Isabelā. Hispan9 sermo nomē hoc a diui Ioānis baptistæ matre Elisabe vt Hebræi dicūt: siue Elisabet p.t. exile in fine detorsisse videt. atq; vt græci vtrobiq; penultima acuta: nō Helisabet per.t. atq; accētu acuto in fine vt corrupte in oīb9 libris legebat ꝓferebaturq; corrupti9. Sed quia declinatiōis latinę ratio exigebat: vt ab Elisabet Elisabeta dicerem9: idq; durū tū plerisq;: tum eidē ipsi reginæ visum est: ab Isabel voce hispana nouo nomine Isabelā poti9 ꝗ ex Helisabet voce hebraica Elisabetā fecimus. Huius nominis tertiā. Prima nāq; hui9 nominis regina fuit Ludouici illi9 filia: qui prim9 in Gallia hoc nomine regnauit: quā duxit vxorē Alphōsus ille: qui hispaniarū Imperator consalutatus. Secunda fuit huius nostræ ex Ioanne secūdo mater fœlicissima. Hispaniæ. Hæc græci



Ibero amne siue ab Iberibus: qui illam incoluerunt: Iberia dicta est. A latinis vero hesperia minor eadē
ratione: qua hesperia maior Italia est a grecis appellata. A iunioribus deinde ab Hispali hispania vt nomi-
naretur obtinuit. Ac insularū nostri maris. Quod vulgus Mediterraneū vocat: latini Nostrū siue Hercu
leū mare appellāt: cū mediterranea potius dicātur loca a mari remota: vt si dixeris Toletū est vrbs medi-
terranea. Insularū vero. Ambitiose dixit cū nō omniū sit regina; sed tātū Pityusarū. Baleariū. Sardiniæ.
Corsicæ Siciliæ cū reliquis illi adiacētibus insulis. Reginā. Non qua ratione vxores atq; filiæ regū a lati-
nis reginæ dicūtur: sed quia regnū hispaniarū illi dotale fuit. Aelii Antonii nebrissen. grāmatici vt Aeliꝰ
sit prænomē. Antonius nomen. Nebrissensis cognomen. Grāmaticus vero agnomē ex professione sum-
ptum. Solent multi a me quęrere cur Aelii prænomen mihi adoptauerim, cum prænomina gētilicia esse
debeāt: hoc est familiæ cuiusq; propria. Quibus ego respōdendū esse opinor hoc in loco simul omnibꝰ
quod sum singulatim respondere solitus: illā videlicet fuisse mihi causam prænomen hoc assumēdi quod
Nebrissæ atq; in agro Nebrissensi cōplura sunt antiquitatis monumenta: in quibus Aeliorū atq; Aelia-
norum familia marmoribus incisa leguntur. Licuit ergo mihi tanꝗ a maioribꝰ meis hęreditario quodā
iure pręnomen hoc adoptare: cum præsertim in tota Bettica Aeliorum familia fuerit clarissima: ex qua
sunt Ael. Traianus. Ael. Hadrianus Cæsarum præstantissimi: qui mihi fuerunt prope dixerim conterra-
nei. Dicet vero quispiam. Aelii atq; Aeliani: quos tu dicis Nebrissam tuam coluisse: quos q; falso maio-
res tuos fuisse iactitas: quod ipsa nomina præ se ferunt: Romanos fuisse constat: qui post annos circiter
septingentos a gotthis Vandalisq; nebrissa pulsi sunt: atq; rursus Gotthi Rhoderico rege a Pœnis mauri-
tanisq;: quos tandem post annos circiter quingentos Ferdinandus tertius omniū gentis gotthicæ regū
clarissimus atq; perinde sanctissimus tam diuturna possessiōe deiecit. Quo igitur iure quaue iniuria tibi
inde hęreditarium nomen vsurpas: cuius stemma toties interruptum est? His ego possum illud adhuc re-
spondere. Et si fortuna illius oppidi: quemadmodū & aliarum rerum: sæpe mutata est: licuisse tamen a ro-
manis patrię quondā meæ colonis: quorūq; virtutis sum admirator: si nō per naturā saltē per adoptionē:
aut per Pythagoræ palingenesiā: aut per Anaxagorę potiꝰ homeomeriā. i. omniū partiū atq; mēbrorū
inter se similitudinē: quā Maro quarto æneidos libro significare visus est cū Elissam his verbis imprecā-
tē inducit. Exoriare aliquis nostris ex ossibꝰ vltor. qui face Dardanos ferroq; sequare colonos. Nā quē-
admodū Dido optat atq; precatur: vt ex ciueribꝰ suis aliquādo oriatur: qui iniuriæ sibi ab Aenea illatæ
sit vltor quod Hannibal postea fecisse putatur: eadē quoq; ratiōe possum ego dicere me vnū ex posterita
te romanorū esse: ex quorū cineribꝰ nō minus ego sum ortꝰ: ꝗ Hannibal fuit ex ossibꝰ Elissæ. Antoniꝰ
nomē est gēti meæ frequētissimū: quo nomine fuit mihi auus atauusq; materni: viuitq; adhuc soror An-
tonia quæ nomine quoq; ipso proauiā refert. Nebrissensis. De antiquitate illiꝰ oppidi quoniam multa in
aliis quoq; locis carmine & prosa oratiōe cōscripsimꝰ: illud tantū in hoc loco nō dissimulādū Nebrissam
quæ alio nomine Veneria est appellata: Turdetanorū esse oppidū perꝗ vetustū in Bettica positū a Libe
ro patre: quo tēpore victor Hispaniā lustrabat: inter æstuaria Bettis: quēadmodum autores sunt Strabo
Plinius & Ptolemæus appellatamq; nebrissam a nebridibus dammarū pellibꝰ: quarū erat vsus in sacris:
quæ Bacchus illo in loco instituerat: dicente Sillio Italico punicorum libro tertio. At nebrissa dionysæis
conscia thyrsis. Quam satyri coluere leues redimitaq; sacra nebride. & hortano menas nocturna lyæo.
Nam tēporibus secundi belli punici iam floruisse Nebrissam atq; singularem in eo bello operam Han-
nibali nauasse: idem Silius testatur. Grāmaticus Nomē est professionis: neq; enim dedignati sumus nos a
professione censeri: quæ nobis tantum honoris peperit: quantum etiam me tacente obtrectatores mei fa-
tentur. Præfatio. Sic latine dicitur: qui græce prologus siue procemium appellatur. In recognitionē cō-
mentariosq;. Et cur vtrumq; fecerit: causas in ipsa præfatione narrabit. Introductionum. iam ab ipso sta
tim operis initio profitemur nos non artem grammatices absolutam: & cui nihil addi possit: sed introdu
ctiones tantum latinas scribere: ne quisꝗ possit calumniari nos aliquid omisisse eorum. quæ ad gramma-
ticen pertinere existimantur. quod assequi erat infiniti cuiusdā operis: & quod magis obesse ꝗ prodesse
poterat: iis maxime: quibus introductiones nostræ scribūtur. Bis ędiderat. Priores ad perꝗ Reuerendum
patrem illustrissimū dominum Petrum Mendoçam. S.R.E. Cardinalem hispanū. Quæ quia hominibꝰ
carmini Alexandrino assuetis non multum placebant. Secundam adiecimus ad nobilissimū adolescentē
Guterriū a Toleto. in quo illa tantum versibus complexi sumus: quæ cum sint varia atq; de rebus minu-
tissimis differentia: in promptu pueris habenda erant: quod videtur posse facilius carmen de se præstare.

Thales ille milesius. Hec prefatio in tres partes distribuitur. Prima enumerat causas cur autor introductiões suas iã bis editas recognouerit. Scđa cur in illas cõmentarios adiecerit. Tertia cur elisabe hispaniarum regine potissimũ dedicauerit. In prima prefationis parte artificiosa quadam insinuatione vtitur. Nã cũ inconstantie ac leuitatis nec minus ignorantie signum videri posset totiens idem opus edere: excusat se autoritate milesij Thaletis: qui cũ aliquãdo interrogaretur quis esset sapiens: respõdit tempus ꝙ omnia inuenit. Hoc igitur autor dicit quedã operi adiecisse. quedam rursus detraxisse. Deinde subdit aliã adhuc causam opus illud emendãdi ꝙ inscitia quorũdam atq; ignorantia impressorum librariorumq; multa fuerãt ex exemplari deprauata: que tamẽ suis locis reddenda sunt. Dicit igitur proponẽs Thales milesius. Queadmodũ diogenes laerti⁹ scribit Thales patriam habuit pheniciam postea vero ciuis mileti ascript⁹ que fuit vrbs in ionia clarissima obtinuit vt milesius potiusq; phenix cognominaretur. Ille. hoc in loco emphasim quandam habet autore valla. Qui fuit vnus ex numero septem sapientum. Ideq; primus in ordine. scilicet illorũ septem. Nam cum adolescentes ionij iactum retis a piscatoribus emissent: essetq; inter illos de tripode aureo cum piscibus educto exorta contentio: ex Apollinis oraculo quod iubebat vt trip⁹ ille sapiẽtissimo traderetur: vtriusq; partis cõsensu Thaleti datus est. Hinc igitur primũ sophie. i. sapientie nomen exoritur: quemadmodum philosophie a pythagora. Illorũ septẽ. Hi prope omniũ cõsensu fuerunt Thales milesius. Solon salamin⁹. Chilo lacedemonius. Pittacus mitilenęus. Bias prienęus. Cleobul⁹ lindius. Periander corinthius: quamq; plato in ꝓtagora huius loco misonem chenęum numerauit. Sapientie studiosos. i. sapiẽtes. nõ illi quidem simpliciter sapientes illa scilicet sapientia quam adhuc mortalis nemo est consecutus: sed vt vulgus vitaq; cõmunis loquitur: que appellat sapientes viros ingenio doctrinaq; prestantes. Interrogatus aliquãdo. Interrogandi causa illa fuisse videtur. quod cum sapientie nomẽ: vt paulo ante diximus: nuper esset inuentum: atq; illi septem qui sapientes esse putabantur: professionem tanti nominis recusarent: interrogatus Thales quis igitur esset sapiens tempus respondit. et subdidit causam. quia omnia inueniat. Euestigio. i. continuo ⁊ statim dictum ab eo ꝙ in eodem vestigio insistentis fit. Deinde preposi tam sententiam commendat simul ⁊ exponit dicens. Preclara me hercule vox. Hercule aduerbium est iurandi: quod tametsi videtur significare per herculem: vel ita me hercules amet. apud nos tamen aduerbium est dei obtestatione aliquid affirmantis. Nam ꝙ diuus hieronymus prohibet nos huiusmodi sermonibus vti scribẽs in illud euangelij de filio prodigo ⁊ frugi: absit ab ore christiano iupiter omnipotens ⁊ me hercule. me castor. loquendi modus ille sua etate fuerit forte periculosus: cum adhuc rome complures ex gentilitate superessent: nostro vero seculo quis adeo infirmus est vt offendatur: siue vt greci dicũt: scandalizetur: cum audit me hercule me castor: ⁊ quod poeta noster dixit. Aquel con quien jupiter tuuo tal zelo. Tali viro. Emphasim habet: quasi velit dicere illo: qui sit ab omnibus sapientissimus iudicatus. Humano ingenio. nam que diuinitus reuelantur: temporis momẽto possunt infundi: quãq; ⁊ ille temporũ diuturnitate quibus non sunt reuelate acquirantur. Absoluat. hoc per accidens fit. nam Aristotele autore lib. physicorum quarto. tempus corruptionis per se causa est: generationis vero per accidẽs. Unde eodẽ teste prouerbium fuit apud grecos. omnia tẽpore senescere atq; corrũpi. Hinc ⁊ Aristoteles. Superiori Thaletis sententie astipulari dicit Aristotelem: qui primo de morib⁹ libro scripsit: tempus esse quod res inuenit adiuuatq;. Tempus inuentor adiutorq;. nam teste Prisciano masculina et feminina vel duorũ cõmunia in or. inueniuntur etiã neutris coniuncta. vt Verg. x. eñ. Italiam petijt fatis autoribus esto. Illud quoq; figurate dicitur tempus res inuenire: cum intelligendum sit ab hominibus in tẽpore inueniri. Unde. i. a quo tempore. sic Verg. Genus vnde latinum. i. a quo latino. Artium siue ille sint practice siue theorice. Facta sunt additamenta. nam sic artes absoluuntur: si nostris atq; aliorum inuentis quotidie aliquid addamus. Sed quemadmodum diximus: hoc per accidens fit: nam per se tempus causa est obliuionis atq; artium interitus. Quod cum a thalete primum. Quod thales primum deinde aristoteles in genere dixerunt tempus omnia inuenire. Cleobulus proprie ad eas artes contraxit: quas sermocinales appellant. Nam omnes artes siue sciẽtie aut sunt de rebus: aut de sermonibus. De rebus aut sunt practice quarum finis est actio siue op⁹: aut theorice quarum finis est contemplatio: quo in genere sunt physica. mathematica. theologia. Circa sermones quoq; tres versantur. grammatica. dialectica. rhetorica. Post annos trecentos. nam floruisse Thaletem circa olimpiada quinquagesimam. quo tẽpore iudeorum captiuitas fuit babylonie: autores Laertius Diogenes atq; eusebius Pamphili. Aristotelem vero circa olympiada centesimam vigesimam omnes confitentur. Cleobulus hic quemadmodum superius est memoratum vnus fuit ex numero septem sapientum. Euagore filius natus Lyndi: que fuit vrbs nobilissima insule rhodi. Sunt qui dicant hũc non Lyndium: sed ex Caria fuisse: que regio

Ad optimam eandemq; maximã augustam elisaben huius nominis tertiam hispaniæ: insularũq; maris nostri reginam clarissimã: Aelii Antonii Nebrissensis grammatici in recognitionem commẽtariosq; introductionum suarũ: quas de sermone latino bis ediderat: prefatio icipit.



Hales ille Milesius qui fuit vnus ideq; primus illorum septem quos græcia iactat sapiẽtiæ studiosos. interrogatus aliquando quisnam esset sapiens: tempus inquit: subiecitq; euestigio causam: qđ omnia inueniat. Preclara me hercule vox: & tali viro digna sententia: que declarat nullã esse artem ex iis que sunt humano ingenio adinuẽtæ: quã nõ temporis longinquitas absoluat. Hinc & aristoteles tempus inquit rerũ repertor est: adiutorq; ꝓb⁹. Vnde & artiũ facta sunt additamẽta. Qđ cũ a Thalete primũ deinde ab aristotele post annos circiter tercentũ dictũ sit: Cleobul⁹

contra rhodū in Asię continenti sita est. Thaleti contēporaneus. Nam septem illi quos diximꝰ omnium prope consensu fuisse sapientes: synchroni hoc est contemporanei fuerunt: quandoquidem circa olympiada quinquagesimam floruisse omnes fatentur. Ad eas artes contraxit idest restrinxit: ⁊ ex genere ad speciem reduxit. Quę circa sermones. i. quas gręci logicas latini sermocinales appellant. qualis est grammatice. i. quo in genere est habēda. quoniam circa sermonis congruitatem versatur: quemadmodum rhetorica circa ornatū. dialectica circa veri falsiq; dissertionē. Cuius. hoc est Cleobuli verba quę ille soluta oratiōe dixit: nos addita metri necessitate redegimus in distichon. i. in duos versus hoc modo. Copia verborum rerumq; inscita versat ⁊c. quasi velit dicere: homines in adolescentia duabus rebus inuoluuntur: hoc est rerum ignoratione ⁊ verborum abundantia: sed postea ętate perficiuntur ⁊ sapiunt. Quam sententiam similitudine quadam deinde exponit dicens: quod quemadmodum in frumento sato multa procreātur: quę nihil ad rem pertinent: quibus neglectis tantum semina leguntur: sic homines cum rerū inscitia tenētur: abundant ꝟbis quasi herbis floribusq; quibusdam. cum vero incipiūt sapientię grana legere verborum illam redundātiam contemnunt. In frumēti satione. i. in frumēto iam sato. Luxuries illa segetū: quę ex nimia terrę: atq; anni fertilitate prouenit. In herba tenera depascēdam. id debere fieri Plinius libro secūdo naturalis histo. his verbis pręcipit. Luxuries segetum castigatur dente pecoris in herba dūtaxat: ⁊ depastę quidem vel sępius nullam in spica iniuriā sentiunt. Maro pręcipit. Vergilij ꝟba sunt ex. j. georgicorum lib. quid qui ne grauidis procumbat culmus aristis luxuriem segetū tenera depascit in herba. Tunc calami. i. post frumenti herbam calami procreantur. Ad certa. puta quaterna vel quinta intermodia. Internodiū appellatur illud quod duobus calami nodis hoc est geniculis continetur. Tum spicę. i. post calamos procreātur spicę. Quarum gratia. i. causa vel fine. Natura ludēs. ac si dicat ociosa qui modus loquendi frequens est. vt apud Pliniū lib. x. cum de conchis scribit. in quibus ait: est magna ludētis naturę varietas. Et in sacris litteris prouerbiorū cap. viij. Ludens corā eo omni tempore: ludēs in orbe terrarꝫ. ⁊ illud psalmographi. draco iste quem formasti ad illudendum ei. cum quo quasi per ociū luderet. Quasq;. i. ab agricolarū spe. M. varonis ꝟba sunt in primo lib. de re rustica. spica autē a spe nominata videt̄: eā em̄ qꝺ sperant fore serūt. Tum vero aristis. codē autore spica tria habet: granū. glumā. et aristā. granū a gerēdo dictū: qꝛ vt id spica gerat frumētū seritur. gluma a glubēdo: qꝺ eo folliculo detracto deglubatur. hoc est detrahat̄ granū. Nā gluma proprie folliculꝰ est eiꝰ fici quē edimꝰ: ⁊ per trāslationē frumenti siliqua vel vagina. arista vero dicta ꝙ prima arescit. In ętatis flore. i. in adolescētia. vt Iuuenalis flos asię ante ipm̄ pręcio maiore paratus. Ignoratione. propter rerū inexperiētiā abūdant verbis: qꝺ vitiū simul ętatis ⁊ ignorātię est. Temere asseuerāt. i. sine causa asseuerate affirmāt. Quintilianꝰ noster. Vel qꝛ hispanꝰ ex calagurrę citerioris hispanię oppido: aut noster qꝛ latinꝰ: aut qꝛ hūc autorē in hoc potissimū opere secuti sumꝰ. verba Quintiliani oratoriarū institutionū libro scđo sunt. Prima est eloquentię virtus perspicuitas: ⁊ quo q̇s ingenio minus valet: hoc se magis attollere ac dilatare conatur: vt statura breues in digitos erigunt̄: ⁊ plura infirmi minant̄. Cū vero incipiūt ecōtrario dicit om̄ia senes facere. Minus minusq;. cōtra id qꝺ dixit magis abundant verbis. Nihil sine tēperamēto illo forte cōtra id quod dixit. Temere asseuerant. Forte aduerbiū tēperamentū est philosophorꝫ. academiorꝫ maxime: qui nihil affirmare audent. Taciturnitas. vnde Iuuenalis de simulatis ph̄is dixit. Rarus sermo illis ⁊ magna libido tacēdi. Loquacitas. a qua sermo hispanꝰ elegāter. quēadmodū ⁊ multa alia. furiosos et insanos appellat locos: quasi lucutuleios ⁊ loquaces. Hęc idcirco. ex superioribꝰ colligit autor se tēpore admonitū quędā introductionibꝰ suis adiecisse: quędā rursus detraxisse: atq; licuisse sibi in opere suo: qꝺ licuit alijs in alieno atq; etiā in ꝓprio opere facere. Princeps nō principissa: aut principissa quēadmodū neq; ducissa aut comitissa: vt idocti q̇dā dixerūt: cū p̄ceps/dux/comes/duorꝫ generū cōmunia sint. Tā multis. subaudi ꝟba repetita quasi a lōge petita. Quędā adiecimꝰ. ꝑpauca illa q̇dē ⁊ q̄ suis locis reddēda sunt. Quę tēpus subiecit. i. q̄ inter legendū postea occurrerūt. t̄pe illa suggerēte atq; subministrante. Quędā detraximꝰ. sed hęc pauciora ⁊ q̄ ętatis ingrauescentis ratio. i. senecta q̄ plerisq; grauis ⁊ molesta videtur. vt Cicero in catone maiori ostendit. Elimare. i.

lindius qui fuit prope Thaleti cōtemporaneus: ad eas artes cōtraxit: quę sunt circa sermones: qualis est grāmatice quam nos profitemur. Cuius ea de re verba nos in distichon sic redegimus.

Copia verborum rerumq; inscitia versat
   Mortales: tempus perficit atq; sapit.

Et ꝑfecto ita res se habet. Nam quemadmodum in frumenti satione primo luxuries illa segetū procreatur: quā in herba tenera depascendā esse Maro pręcipit: tūc calami ad certa quædā internodia: tū spicæ quarū gratia nugas illas natura ludēs ꝓduxerat. quasq; ab agricolarꝫ spe M. Varro dictas esse putauit. tum vero aristis folliculis neglectis grana ipsa deglubunt̄: sic in ætatis flore: in qua homines rerū prope omniū ignoratione tenētur: magis abundāt verbis: audaciꝰ loquūtur: temere asseuerāt: vt recte Quintilianꝰ noster dixisse videat̄: quo quisq; ingenio minꝰ valet: eo se magis attollere ac dilatare conat̄: quēadmodū statura breues in digitos erigunt̄. Cum vero incipiūt aliquid sapere: minus minusq; verba effundūt: nihil sine tēperamento illo forte affirmāt: vt iā nullū sit maius sapientiæ signū quā taciturnitas: quēadmodū e diuerso nullū magis ignorātię quā loquacitas. Hęc idcirco sunt a me clarissima princeps tam multis repetita: vt nemo miretur si introductionum latinarum ędition secundæ cui nihil iam addi posse videbatur: quædam adiecimus: quæ nobis interim tempus rerum omnium inuentor suggessit: quædam rursus detraximus: quæ videlicet ætatis iam ingrauescentis ratio elimare suadebat.

lima veluti quadam deterere. An mihi non liceat.superiorem conclusionem a preiudicio arguens adhuc con
firmat. In opere presertim meo.ac si dicat licet hoc in opere alieno facere:ergo multomagis hoc in ꝓprio ope
re licebit. Sacrarum.quibus christiana religio continetur. Secularium.i.ꝓphanarum.nam quia ꝓphanum a no
stris in malam partem accipitur:ꝓ eo quod non est sacrum seculare dicunt:cũ omnis res aut sacra sit aut ꝓphana.
seculare vero sit quod ad seculum pertinet:vt ludi seculares:carmen seculare:quod vtrunq; sacrum est. In

An mihi non liceat in opere præsertim meo facere:quod licuit multis sacrarum atq; sæcularium litterarum scriptoribus: qui non modo in aliorum libris quosdam locos infamiæ nota inusserunt: verumetiam in propria opera libros retractationum ędidere? Quod licuit nobis in eos qui ante nos artis grammaticæ præcepta tradiderunt? Quod deniq; posteris meq; etiam viuo & sentiente præsentibus licebit: vt aliquid velint operi meo addere: non nihil etiam detrahere: quædam rursus in alium ordinem commutare? Itaq; ego græcorum prudentiam quemadmodum cæteris in rebus in hac quoq; parte vehementer admiror: qui statuis & imaginibus non scribebant (vt mos artificum est) Lysippus fecit aut polycletus: sed titulo impendẽti. Lysippus aut polyclet⁹ faciebat: vt contra iudiciorum varietates superesset artifici regressus ad veniam: velut emendaturo quicquid desideraretur: si non esset interceptus. Quid quod & illa quæ fuerunt ab Impressoribus & librariis detorta: cum prototypo meo: vnde omnes codices emanarunt contuli: atq; ad lineam veritatis quod aberrauerat q̃ diligentissime reduxi. Hos vero commentarios ędendi causa illa in primis fuit q̃ cum multis in locis a vulgata præcipiendi via discessserim: reddenda fuit a nobis ratio. tum amicis tum etiam alienoribus: cur antiquorum iuniorumq; autoritate neglecta: præceptiones quasdam ausus sum in aliam formã commutare: quod cum possemus pluribus adhuc aliis in locis magno huius doctrinæ compendio facere: fecimus id quidem modice: vel intra modum potius: ne alicuius nouitatis essemus autores nisi vbi plurimum interesset hoc vel illo modo præceptiones quasdam tradi.

famię nota.ostendẽdo libros illos heresim aut falsitatem aliquam continere. Inusserunt quasi igne atq; cauterio signum impresserunt:quod seruis erronibus aut fugitiuis fieri consueuit. Libros retractationum. quemadmodum Aurelius augustinus qui in opera iam edita libros retractationum fecit. In eos qui ante nos.i.a quorum preceptis atq; doctrina nonnunq̃ discessimus. Posteris.i.futuris. Meq; viuo & sentiente.ex martiale sumptũ est:qui libro epigrammatũ ꝓmo scribit. Cui lector studiose quod dedisti viuenti dec⁹ atq; sentienti. Itaq; ego. superioris adhuc conclusionis rationem exemplo grecorum cõfirmat: quę in operibus ab aliqua arte profectis preterito imperfecto tempore subscriptiões apponebãt: illud significare volentes: nullum esse mortale opus:cui non aliquid desit quod tempore suppleri possit. In hac quoq; parte.de qua sum statim dicturus. Statuis & imaginibus.statuę ex materia solida sunt veluti auro:argento.ęre.ligno.marmore. Imagines vero sunt etiam ex coloribus. Ut mos artificum est.qui in basibus statuarum tabularũq; calcibus nomina sua subscribere consueuerunt: dummodo opera illa non essent publicis impensis facta.nam fuit lex: quę adhuc hodie extat in codice Iustiniano:ne quid operi publico liceat inscribere. Et cicero lib.thusculanarum quęstionum primo.quid enim Phiadas sui similem speciem inclusit in clypeo mineruę: cum inscribere non liceret? Lysippus fecit aut Polycletus.tota hęc clausula pene ad verbum ex Plinij prefatione in lib.naturalis historię translata est. Ex illis inquit nos velim intelligi pingiq; cõditoribus:quorum in libellis bis inuenies absoluta opera:et illa quoq; quę mirando nõ satiamur. pendenti titulo inscripsisse. vt Apelles faciebat aut Polycletus:tanq̃ inchoata semper arte & imperfecta: vt contra iudiciorum varietates superesset artifici regressus ad veniam: velut emendaturo quicquid desideraretur:si non esset interceptus. Lysippus & Polycletus.statuarij fuerũt:

quorum opera idem autor illustrabit libro.xxxiiij. Fecit tempore preterito perfecto:ne significarent opera sua
fuisse ab illis absoluta:quodq; nihil illis addi posset quod ipsum magnę inuidię haberetur: vt idem Plinius
est autor.sed titulo impendenti:quasi tempore imperfecto.faciebat:aut pingebat.quod faciebant:vt superesset ar
tifici regressus ad veniam.i.ex eo quod populus de suis operibus iudicaret:ipsi opus emendarent. Artifici in
quam:velut emendaturo quicquid desideraretur.i.deficeret.nam et hoc quoq; significat desidero. Si non esset
interceptus.i.morte raptus.vt Lucanus in primo.abstulit ad manes parcarum Iulia sęua intercepta manu.
Quid quod et illa.aliam quoq; fuisse causam recognoscendi secundam ędítionem dicit:quia fuerunt nonnulli:
qui aut ignorantia aut ausu quodam temerario pleraq; loca inuerterunt. Impressoribus.i.qui libros torculis
imprimunt: quos quidam chalcographos appellant:hoc est ęreis litteris cartas imprimendo scribentes. Li
brarijs.qui libros calamo vel penna scribunt:nam qui vendunt bibliopolę dicuntur. Detorta.i.a vero exemplo
deprauata. Cum prototypo meo.i.primo illo meo atq; archetipo exemplari. Contuli.i.comparaui. Et quod
aberrauerat.i.a via recta deprauatum fuerat. Ad lineam veritatis.i.ad regulam reduxi. Hos vero commenta
rios.hoc est secunda prologi pars:in qua duas affert causas:cur in introductiones suas autor hos commenta
rios ędiderit.quarum prima est q̃ reddenda fuit ratio cur ab antiquis grammaticis aliquando discesserit. Ami
cis.qui putabant a me fuisse scriptum quod nec suspicatus quidem sum aut cogitaui. Alienoribus.i.non ami
cis:qui suam ignorantiam simul & maliuolentiam in meos libros transtulerunt. Multis in locis.& qui illi sunt
in ipso commentariorum discursu patebit. Antiquorum.puta Diomedis.Phocę.Seruij.Prisciani.Donati.Iu
niorum.puta Alexandri.Ebrardi.Catholici. et ex ijs qui supersunt. Peroti verulani.Nigri.Mancinelli. Sed

cum possemus. sed id perparce dicit fecisse: cum posset adhuc alijs in locis idem facere. Compendio. i. breuiori via: sicut dispendium est viȩ ambages. Modice. i. cum modo. Intra modum. i. adhuc arctius quam in modo. Plurimum interesset. i. magnum compendium atq; emolumentum: vt si dicam huius doctrinȩ lucrum faceret. Deinde ꝙ cum. hȩc est secunda causa: cur commentarios hos ędiderit: quia introductiões illȩ fuerunt simplices: quippe quȩ puerorum eruditioni scriptȩ sunt: nunc vero in hoc opere cum adultis: vel potius cum ipsis pceptoribus sermo habendus est. Ingenio tumultum faceret. Horatianum est. stomachoq; tumultum lenta feret pituita: vides vt pallidus omnis cena desurgat dubia. Cum vero iam. quasi dicat. cum erant pueri ac rudes in studio litterarũ: danda fuit illis doctrina simplex ⁊ quasi lac paruulis: vt apostolus ait. sed prouectus ⁊ in ętate progressis porrigendus est doctrinȩ solidior quidam cibus. i. durior ⁊ numerosior. i. magis varius. Lac pulpamentumq;. adhuc in translatione cibi ad doctrinam perstat. vt lac pulpamentumq; sit doctrina simplex facilis. nam pulpamentum est corpus sine ossibus quod facile mandi conficiq; dentibus potest. ossa vero ⁊ nerui sunt difficultates doctrinȩ secretioris: quȩ non nisi a grandiusculis penetrari percipiq; possunt. Quare non tam. ex superioribus infert cui lectori hos commentarios scripserimus. Tuȩ vero celsitudini. Hȩc est tertia pars pręfationis in qua ponuntur rationes cur hoc opus celsitudini regiȩ dedicatum sit. Extremum laborem. quia nobis in animo est postea ꝗ̃ antiquitates hispanienses absoluerimus: omne reliquum vitȩ nostrȩ tempus in sacris litteris consumere. Quantȩ sit tibi curȩ. hȩc est ratio cur frontem perfricuit autor: vt rem tenuem atq; ieiunam tantȩ maiestati dedicarit: quod multis argumentis intellexit: quanta illi cura sit ne rei hispanȩ hoc vnum sermonis latini ornamentum desit: tum quod in eo liberos erudiendos curet: tum ꝙ omnes putant se rem iucundissimam illi facere: ꝙ dent operam litteris pręcipuam. quodq; iam a fœminis expectatur: quod viri ante hac vix optare audebant. In hac disciplina. hoc est grammaticȩ: de qua nunc scribimus. Adolescentes. exoletos et purparatos regios intelligit. Omnium ętatum. quia etiam adulti iam hoc aggrediuntur. Alter sexus. scilicet a virili hoc est muliebris. Nam quid ego. aliud quoq; signum affert: cur huic maximȩ curȩ regina intendit: quod ad autorem dederit litteras humanissime scriptas: quib⁹ illum admonebat: vt introductiones latinas e regione versuum hispanienses faceret ad eum modum quem pręsul Illiberritanus illi pręfinisset. Quas litteras. q. d. ꝗ̃ comiter atq; clementer scriptas. Archiepiscopus. Ferdinandus atalabrica regius senator atq; illa tempestate pręsul Abulensis. Illiberritanus. Iliberri vrbs est quȩ nostro sęculo Granata dicitur: quęq; annis superioribus in deditionem christianorum venit: cum annos circiter octingentos sub ditione penorum mauritanorumq; fuerit. E regione. i. ex opposito. hoc est vt sermo hispaniensis sit positus contra latinum. hispanienses vero dixit non hispanas: quia introductiones illȩ in hispanum sermonem non vsq; adeo migrare potuerunt: vt non maximam latinitatis partem retinuerint. nam hispanum est quod in hispania atq; ex hispania est. Hispaniense vero quod non penitus hispanum: sed aut in hispania ab externis regitur: vt bellum hispaniẽse quod a romanis in hispania: aut extra hispaniam ab hispanis: vt collegium hispaniense: quod est Bononiȩ ab immortalis memoriȩ viro Egidio Albornozio. S. R. E. Cardinali hispano fundatum. Quam differentiam videtur obseruare Martialis cum in epistola. xij. libri epigrammaton scripsit: se mittere romam librum iam non hispaniẽsem sed hispanũ. Nam cũ superiores libri magna ex parte fuissent romȩ pscripti: q2 ab hoie hispano: hispaniẽses poterãt appellari. at vero duodecim⁹ q2 in hispania ⁊ ab hoie hispano recte hispan⁹ dici debuit. Nemo igitur me ex superioribus autor cõcludit se non ambitiose fecisse: quod opus de rebus leuissimis qualis est grammatice: tantȩ principi dedicauerit: cum pręsertim ab ipsa per litteras fuerit admonitus: vt iisdem de re-

deinde quod cum introductiones nostræ puerorum eruditioni scriptæ sint: habenda fuit ratio vt essent ꝗ̃ simplicissimæ: ne quasi ciborum redundantia stomacho sic præceptorum varietas illorum ingenio tumultum faceret. Cum vero iam in litteris aliquantulum progressi sunt: quasi solidior quidam numerosiorq; cibus est illis porrigendus: vt non modo lac pulpamentumq; degustent: verumetiam ossa neruosq; possint obrodere. Quare non tam cum rudibus nouiciisq; rei litterariæ professoribus ꝗ̃ cum prouectis vel potius cum magistris ipsis sermo mihi in his commentariis habendus est. Tuæ vero celsitudini extremum hunc artis grammaticæ laborem meum dedicandi illa ratio maxime fuit: quod nemo est qui non intelligat quantæ sit tibi curæ rem publicam hanc hispanam cum cæteris rebus: tum vel præcipue in re litteraria ꝗ̃ florentissimam efficere. Quanta diligentia dulcissimos liberos tuos in hac disciplina erudiendos curaueris. Quam tibi sit iucundum quod non modo adolescentes nobilissimi: qui sunt tuo ministerio dedicati: verumetiam reliqui omnes omnium ætatum atq; ordinum homines dent operam vel præcipuam litteris: quas antehac quasi nimis delicatas atq; animorum eneruatrices oderant. Quodq; alter sexus de se iam præstat: quod viri antehac votis omnibus vix audebant exoptare. Nam quid ego referam quas ad me litteras abhinc septennium celsitudo tua dedit? Quas præterea mihi Archiepiscopus Illiberritanus ex tuis verbis atq; sententia reddendas curauit: vt introductiones meas quas de sermone latino ędideram: e regione versuum hispanienses faceremus. Nemo igitur me æquus iudex ambitiose atq; petulanter fecisse iudicabit: ꝙ leuissimis de rebus scribens vigilias meas ausus sum maiestati regię dedicare: cũ pręsertim quicquid

bus scriberet. Neqꝫ petulanter. cum grammatice non debeat res parua iudicari quod multis rationibus confirmat. Ambitiose. hoc est quod nos insinuauerimus regię familiaritati: vt honores aut aliquam bonam gratiam aucuparemur: a qua suspitione se purgat cum dicit se iussum iisdem de rebus scripsisse. Petulanter. i. imprudenter ꝛ procaciter. quod videlicet illępidū fuerit donū qđ est de reb⁹ leuissimis ꝛ parui pręcij: qđ tñ excusatur ostendēdo rei litterarię dignitatem. Ille inquit. Quintilian⁹ est: q̃ oratoriarum institutionum libro. j. hoc scribit. An vero quispiam. necessitatem simul ꝛ dignitatem huius artis ostendit. Sermo continetur. nā hoc pręstat ars: vt sermoni vitiū aliquod irrepere nō possit. Sacramenta. et mysteria et sacra secreta. Quasi depositū. hoc ex Quintiliano quoqꝫ deductum est: qui de litteris scribēs ait: hic est vsus litterarum vt custodiant voces: ꝛ velut depositū reddant legentibus. nam depositum perfecte seruandum: ꝛ cum reposcitur summa fide reddēdū est. Coagmentata. coniuncta et conglutinata. Nec ab alijs. nā in hoc eius dignitas ostenditur: quod ab alijs omnibus est absoluta: cū reliquę sine illa consistere non possint. Nam oro te. necessitatem huius artis demonstrat: ꝙ nulla vitę pars illius officio vacare potest: cum reliquę oēs raro in vsum veniant. Quo tam. interrogatiue. quasi dicat minimam: quia raro de illis fit sermo cum sine hac nec momēto: vt sic dixerim: temporis esse possimus. De numeris: quod est arithmeticę opus. De magnitudinib⁹: quod est geometrię. De vocum ratione. de quibus est musica. Astrorum de quibus est astrologia. De moribus. quod ad ethicen pertinet. De rerum natura: quod ad physicen pertinet. De re diuina: quę dicitur grece theologia. Ita pręsto est. idest pręsens. Vt si quid legas: hic loc⁹ ex procœmio Ciceronis in libro de officijs translatus est. Nulla inquit vitę pars: neqꝫ publicis: neqꝫ priuatis: neqꝫ forensibus: neqꝫ domesticis in rebus: neqꝫ si tecum agas quid: neqꝫ si cum altero contrahas: vacare officio potest. Fabius. M. Fabius quintilianus: qui oratoriarum institutionū libro hoc scribit. Iucunda senibus. quia etiam citra necessitatem: altissimam quoqꝫ eruditionem exercere potest. Dulcis secretorum comes: quia per illā dulces curas: cogitationesqꝫ nostras litteris mandamus. Cuius amor idest voluptas quę ex illa percipitur: non terminatur dum in scholis versamur sed morte sola. Et quisqꝫ est. ad pręfationis epilogum accedit. A communi sensu. nō quemadmodum physici qui potentiam illam superiorem quinqꝫ sensibus communem sensum appellant. Sed vt Cicero: pro eo in quo plęriqꝫ omnes sapientes conueniunt. Sic quintilianus in primo. sensum ipsum qui communis dicitur: vbi discet. cum se a congressu segregarit. Seneca in ępistolis. hoc philosophia promittit sensum communem et humanitatem. Horatius. communi plane sensu caret. Tenuem. atqꝫ ieiunam idest aridam et sterilem. Maximis principibus: vt Iuli⁹ pollux ad commodū Cęsarem de vocabulis atqꝫ arte grammatica. Duces imperatoresqꝫ. vt Cęsar qui de analogia libros scripsit. Compertissima idest certa et explorata. Alio in loco in repetitione secunda in qua de litteris disputauimus.

illud est quod elaboramus: tuis auspicijs tuoqꝫ imperio sim⁹ aggressi neqꝫ vt ille inquit: existimari parua debeāt sine quib⁹ magna cōstare nō possunt. An vero est q̃ paruā audeat artē illā appellare: qua sermo latin⁹ continetur? in quo religionis nostræ imprimis sacramenta quasi depositum quoddam fidelissime seruantur? Quæ cum reliquis omnibus disciplinis ita est coagmētata: vt nec ab illis facile secerni: illæ vero ab hac quemadmodū disiungātur: nec intelligi vllo modo possit. Nā oro te atqꝫ per deum immortalē obtestor: quotā sibi vitæ nostræ partem reliquæ oēs disciplinæ vendicant? Quoties in eū sermonem incidimus: vt de numeris magnitudinibusqꝫ? quoties vt de vocum astrorumqꝫ ratione? quoties vt de moribus: rerūqꝫ natura? quoties vt de medicina deqꝫ ciuilis & pontificii iuris scientia? quoties vt de religione atqꝫ de re diuina disputemus? At vero grāmatice omni in loco omniqꝫ tempore ita præsto est: vt si quid legas: si quid scribas: si cū alio loquaris: si deniqꝫ tecū ipse quid cogites: sine illa efficere nullo modo possis. Atqꝫ vt de illa fabius verissime scripsit: necessaria est pueris: iucunda senibus: dulcis secretorum comes: & cuius amor: vt idē autor scribit: nō scholarum temporibus: sed vita terminatur. Et quisqꝫ est adeo stupidus & a communi sensu alienus? qui audeat hanc artem tenuem atqꝫ ieiunam appellare & indignam: cuius libri augustæ nostrę debuerint dicari: cum videamus non modo viros summo ingenio singulari que doctrina præditos huius disciplinę opera maximis principibus dedicasse: verumetiam duces ipsos imperatoresqꝫ in media totius orbis terrarum administratione occupatos volumina iisdem de rebus scripta reliquisse? Sed ego demens: qui de re iam pridem celsitudini tuę compertissima pluribus disputem. Illud modo tantum hic dicam: quod alio in loco magna scholasticorum frequentia testatus sum: tuū atqꝫ dulcissimi coniugis tui præsidium implorans. Vos inquā clarissimi atqꝫ inuictissimi principes: quorum ductu auspicijsqꝫ totius hispaniæ membra dissipata in vnum prope corpus rediere: curate obsecro ne fœlicitati quam nostro sæculo dedistis: hoc vnum latini sermonis ornamentum desit amplissimum.

Prologus.

SVPPOSITVM DE AVTORIBVS GRAMMATICAE LATINAE IN QVO DOCTISSIMVS QVISQVE CONSENTIT.



ED QVIA NOSTRI SAECVLI SCRIPTORIBVS EATEnus fides adhibenda est: quatenus ea quę nobis afferūt/ ratione ꝓbauerint. nemoq; est adeo imperitus: qui iam non intelligat antiquis autoribus ideo assentiendū esse: quia sic locuti sunt. Iunioribus vero quia quod nobis persuadere volūt: illorum autoritate freti probare contendunt: necessarium esse duxi hoc in loco demonstrare quantū fidei scriptorum cuiq; sit habendum. Neq; enim omnibus illis passim atq; indifferenter credere debemus: sed illis dūtaxat: qui floruerunt intra ducētos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium pium: hoc est ante christianum natalem annis cētū ad centesimū quinquagesimū: ex quo salutem christianam numeram⁹. Nam & latinus sermo queadmodū & cætera mortalia aliquādo incepit: habuitq; suam infantiā. in qua vix quicq; effari potuit. Sic locuti sunt Aborigenes primū cū Faunis vatibusq;. Sic deinceps Latini & Albani. Sic postea Romani ad annū quartūdecimū supra quingentesimū ab vrbe condita: quo Liuius Liuii salinatoris libertus fabulā primus latinis versib⁹ ędidit. Hunc secuti sunt ex poetis Ennius. Nævius. Plautus. Cæcilius. Terentius. Pacuuius. Lucilli⁹. Actius. Turpilius. Affranius. Tintinnius. Lucius. Laberius. Pomponius. Ex Oratoribus. Cethægus. Cato. Sex. Aelius. Gallus. Scipiones Nasica & duo Aphricani. Gracchi pater & duo filii. Lælius aliiq; complures: quos Cicero in libro de claris oratoribus ad sua vsq; tempora commemorat. Ex iure consultis. Papyrius. Appii duo. Coruncanus. Attilius. Manilius. Brutus. Rutilius. Virginius. Antipater. L. Crassus. Q. Mutius. Lucillius. Iuuentius. Fuerit atq; hæc latini sermonis puericia: in qua multa quidē emendate atq; diligenter. plæraq; tamen nimis antique duriterq; dicta sunt. At vero illius iuuenta: in qua & lacertos mouere & vires suas ostentare cœpit: cum Cicerone orta est: cœpitq; cum Cæsare Hadriano consenescere. Hac ætate fuerunt autores illi qui latinam linguam locupletarunt: quosq; imitandos esse dicimus. Ex poetis Catullus. P. Varro. Lucretius. Vergilius. Horatius. Manilius. Tibullus. Propertius. Ouidius. Germanicus. Auienus. Macer. Persius. Seneca. Lucanus. Valerius flaccus. Silius italicus. Martialis. Iuuenalis. Papinius. Ex Oratoribus variarū rerum scriptoribus. Cicero. Cæsar. Brutus. Seruius. Sulpitius. Pollio. M. Varro. Nigidi⁹. Cato vticensis. Cælius. Victruuius. Columela. Celsus. Iginius. Pedianus. Festus Marcellus. Mela. Apicius vterq; Seneca. vterq; Plinius. Quintilianus. Ex Historicis vero. Salustius. Nepos. Liuius. Valeri⁹ maximus. Fenestella. Solinus. Iustinus. Tranquillus. Tacitus. Curtius. Florus. Aemilius. Ex iure consultis. Alphenus. Offilius. Aufidius. Namusa. Flauius. Proculus. Antistius. Gælius. Trebatius. Cassellius. Tubero. Capito. Cassius. Sabini duo. Labeones tres. Nerua pater & filius. Pegasus. Iabolenus. Celsus. Neratius. Alburnus. Iulianus. Post Hadrianum cœpit in dies latinus sermo languere & quodam quasi senio contabescere: quod nimis factum est sub aduentum Gothorum in italiam regnumq; Longobardorum ad fatalem illam totius humani generis pestem Mahumeteam: quæ cum omnibus ingenuis & bonis artibus sermonem quoq; latinum intercepit. Hanc igitur recte dixerimus latinæ linguæ senectutem: quæ cum annos prope quadringentos quinquaginta ægre spiritum duxisset: tandem cum imperio populi romani extincta est. Hoc temporum interuallo pauci admodum reperiūtur autores tolerabiles illi quidem: sed qui nullo modo cum superioribus debeant comparari. Ex Poetis & Grammaticis aliarumq; rerum scriptoribus. Ausonius. Claudianus. Serenus. Diomedes. Phocas. Gelius. Macrobius. Acron. Porphyrion. Victorinus. Donatus. Sergius. Seruius. Priscianus. Apuleius Socraticus. Apuleius grāmaticus. Vegetius. Frontinus. Ex Historicis. Spartianus. Capitolinus. Trebellius. Lampridius. Volcatius. Vopiscus. Eutropius. Damasus. Orosius. Ex iure consultis. Arrianus. Aphricanus. Arcadius. Caius. Calistratus. Florentinus. Largus. Hermogenesis. Martianus. Modestinus. Marcellus. Mela Papinianus. Paulus. Scæuola. Tryphonius. Venuleius. Vulpianus. Ex iis qui pro religione nostra scripserunt. Tertullianus. Iuuencus. Cyprianus. Lactantius. Ambrosius. Hieronymus. Augustinus. Ruffinus. Sedulius. Licinius. Prudentius. Sidonius. Boetius. Cassiodorus. Gregorius. Isidorus. Prosper. Qui sequuntur quod ad latini sermonis rationem attinet: nec digni quidem sunt: quorum meminisse debeamus. Qui autores cum sint in triplici temporum diuersitate positi: illorum tantum autoritate nitemur: qui fuerunt medii.

¶ Prima nominis declinatio.
Nominatiuo hæc musa.
Genitiuo musæ.
Datiuo musæ.
Accusatiuo musam.
Vocatiuo o musa.
Ablatiuo a musa.
Plurali nominatiuo musæ.
Genitiuo musarum.
Datiuo musis.
Accusatiuo musas.
Vocatiuo o musæ.
Ablatiuo a musis.

Ovi. etiã neutro ꝯiunxit. iij. elegi. d. discolor agmẽ eq̃s. A. Gel. li. vj. noc. atti. tunica muliebri indutus ⁊ pallio v̾sicolore. A corp̾e tricorpor fecit V̾g. i vj. ⁊ forma tricorporis vmbrę. A decore q̃q; V̾g. in decor. ⁊ Salus. dedecor fecer̃t. Vr neutrale. q̃ noia in. ur. desinentia gñis sunt neutri. vt hoc sulphur. murmur. q̃ masculinũ ꝓtulit interp̃s Ioan. vij. murmur multus in turba de christo. iecur. fulgur. guttur. q̃ etiã masculino gñe ꝓtulit Plautus in aulularia. ne obturat gutturẽ inferiorẽ. Masculina v̾o sunt hęc q̃nq;. Turtur ꝓ aue. Ovi. ij. elegi. tu tñ ante alias turtur amice dole. Idẽ in ep̃la sapph⁹. ⁊ niger a viridi turtur amat̃ aue. Plau. q̃q; tibi ob istos turtures dixit Iuue. caritur⁹ turture magno mulorumq; iubis. Neq; audiend⁹ est Seruі⁹: q̃ dixit posse esse gñis fœminini turtur. q̃ ꝓbare nitit̃ carmine illo V̾gil. in buc. nec gemere aeria cessabit turt̃ ab vlmo: cũ aeria ex rõne carminis apti⁹ vlmo q̃ turturi iungat̃. q̃si nõ aeri⁹ ꝓ alt⁹ frequenti⁹ replat̃: q̃ q̃ ille vult ꝓ aerij coloris. vt V̾g. in buc. Aerij specula de mõtis in vndas. Idẽ. iij. eñ. aerię q̃rc⁹: aut coniferę cyparissi. ⁊ Mar. daphnonas. platanonas ⁊ aerias cyparissos. Sed turt̃ ꝓ pisce apd̃ vnũ tñ ex ijs: q̃ autoritatẽ hñt Ambro. in hexame. legit̃. atq; ibi in gñe tñ fœminino: decept⁹ est ex eo q̃ in basilio vnde op⁹ illud interp̃tat⁹ est: trygõ legitur: q̃ apd̃ grecos tñ piscẽ: tum auẽ sig̃t. apd̃ latinos tñ nusq̃ legit̃ turtur ꝓ pisce sed pastinaca. neq; est quã vulg⁹ opinat̃ tructa: sed ex gñe pisciũ planoꝝ ⁊ cartilagineoꝝ. Vultur quoq; q̃ ⁊ vulturi⁹ ⁊ vulturis ab antiq̃orib⁹ est appellat⁹. Catull⁹. lingua exerta auido sit data vulturio. Idẽ. suscitat a cano vulturiũ capite. Enni⁹ apd̃ Pris. vulturis in siluis miseꝝ mandebat homonẽ. Satur. Iuue. satur est cũ dicit Hora. eu. oe. cuius fœmininũ satura ⁊ neutrũ saturũ est. Terẽ. in ecyra. sed tu cũ satura atq; ebria eris: puer vt satur sit facito. Astur. Lu. in. iiij. erat impiger astur. Sili⁹ p̃mo punico. Astur auar⁹ viscerib⁹ lacere telluris vescit̃ imis. gen⁹ v̾o fœmineum ad possessiuũ poti⁹ est referendũ. vt Idẽ li. xvj. Lęli⁹ asturica rapidos de gẽte iugales. Anxur Mar. vj. epigrã. fluctus passeris aut supbus anxur. Idẽ alio loco. candid⁹ anxur aq̃s. q̃ etiã neutro gñe posuit Hora. in. j. ser. impositum saxis late candentib⁹ anxur. vtrũq; ꝓ oppido ponit̃. nã cũ anxur iouẽ imberbẽ sig̃t: ex rõne sig̃tiõis masculinũ erit. Fursur posuit Seren⁹ in gñe masculino nũeri singularis. d. addit̃ excessus niuea similagine fursur: plerũq; tñ in nũero multitudinis furfures legim⁹: atq; ideo inter pluralẽ numeꝝ tñ hñtia posuim⁹. Cõis gñis duoꝝ tria reperiuntur fur. Hora. iuli⁹ ⁊ fragilis pedacia furq; voran⁹. fœmininũ nõ facile reperias. Lygur. q̃ etiã lygus declinat̃ Luca. in. j. ⁊ nunc tonse lygur quondã ꝑ colla decor. Salusti⁹ in iugurtha. forte q̃dã lyg⁹ ex cohortib⁹ auxiliarijs V̾g. xj. eñ. vane lygus frustraq; animis elate supbis. Persi. mihi nũc lygus ora intepet. Salu. ij. hist. corsa noieq; lygus mulier. Augur cũ nomẽ dignitatis est: ad viros tñ ptinet: quoꝝ fuit romę collegiũ: cum v̾o officiũ augurãdi sig̃t: cõe est duoꝝ. V̾g. iiij. eñ. nunc augur apollo: nũc lycię sortes. venerẽ quoq; dixerim⁹ augurẽ. cũ in. j. eñ. ipsa dicit in frustra auguriũ vani docuere parẽtes. Fœmineũ pones q̃ in. as. q̃ noia in. as. desinẽtia gñis sunt fœminini. vt hęc ętas. bonitas. pietas. ꝓbitas. autoritas. honestas. Masculina v̾o sunt. as. assis. Priscianus de ponderibus. siue assi ex quo q̃ capim⁹ ꝓhibemur habere. Vas vadis. Cicero. iij. officioꝝ. vas fact⁹ est alter alteri⁹ sistendi. Idẽ. v. thuscu. cũ alteꝝ vadẽ mortis accepissem. fœmininũ v̾o nusq̃ reperitur: ꝓpterea q̃ fœminis iure iterdictũ est vadimoniũ: figurate tñ possum⁹ dicere fœmina nõ põt esse vas. sicut neq; ꝯsul neq; p̃tor nec ędilis. Mas maris. q̃ rõne sig̃tionis solis ꝯuenit masculis. nam fœminę siles maribus masculę potius dñr. vt apd̃ Horatiũ. temperat alcei musam pede mascula sapp ho. Neutra v̾o sunt tria. vas vasis. vt Hora. synceꝝ est nisi vas. Fas ⁊ ab eo ꝯpositum nefas. V̾g. j. geor. q̃ppe vbi fas v̾sum atq; nefas tot bella ꝑ orbẽ. Sit cõe triũ. q̃ noia gentilia cõia sunt triũ geneꝝ: vt hic ⁊ hęc ⁊ hoc arpinas. p̃uernas. sarsinas. casinas. tolosas. capenas. Iuue. arpinas alius volscoꝝ in monte solebat. Mar. metamq; lactis sarsinate de silua. vñ ⁊ Plaut⁹ sarsinas est dict⁹. Liui⁹. xxij. vt se in agrũ casinatem ducat. Silius li. viij. puni. p̃uernatumq; maniplos. Mar. li. xij. nec q̃dra deerat casei tolosatis. Q̃d v̾o phocas ⁊ Priscia. hęc noia sub cõi duoꝝ gñe posuer̃t: refellunt̃ autoritate Cice. q̃ scribens ad atticũ ait. in quo flex⁹ est ad iter arpinas. Idẽ in alio loco. vt veni in arpinas. i. in agrũ arpinatẽ. noia eñ p̃dioꝝ ꝓpe aliq̃d oppidũ ex noie possessiuo illi⁹ oppidi in gñe neutro figurabant̃: vt hoc thusculanũ thusculani. formianũ formiani. albanũ albani. cumanũ cumani. eodẽ modo hoc arpinas arpinatis. p̃diũ iuxta arpinũ: siue in agro arpinati. Pli. li. xiiij. p̃uernatia vina dixit: quẽadmodũ ⁊ Luci. oleũ cassinas. atq; vt in declinatiõe ꝓnoim diximus: ex hoꝝ ꝓportiõe Cice. i ep̃lis ad Celiũ v̾ba nostratia dicere nõ reformidat. Dabuntur partim fœminea. q̃ noia greca partim sunt masculina. vt adamas adamãtis. elephas elephãtis. gigas. antis. arcas. adis. Iuue. adamas notissim⁹ ⁊ beronices fact⁹ in digito p̃ciosior. Hora. ij. ep̃laꝝ. siue elephas alb⁹ vulgi ꝯuerteret ora. V̾g. de eq̃o dure. nõ eq̃dẽ extimui danaũ q̃ ductor ⁊ arcas. ⁊ oia noia q̃ ad p̃mã declinationẽ latinã referunt̃. vt tiaras. ę. V̾g. vij. eñ. sacerq; tiaras. q̃lia etiã ventoꝝ. vt boreas. ę. ectesias. ę. cecias. ę. aparctias. ę. Pli. li. ij. aparctias ⁊ boreas dicti. ⁊ ibidẽ ꝯflant dieb⁹ quadraginta quos ectesias vocant. Gell. li. ij. est etiã ventus quẽ noie vocãt ceciam. partim sunt fœminina. vt hęc olympias. adis. hellas. adis. monas. adis. decas. adis. Est nomẽ in. es. q̃ nomina tertię ⁊ quintę declinationis terminata in. es. generis sunt fœminini: nã vt diximus p̃mę declinationis omnia sunt masculina. vt hęc vulpes. is. ꝓles ꝓlis. seges. segetis. teges tegetis. res rei. progenies progeniei. scabies scabiei. Masculina vero sunt quę hic digeruntur.

Limes.itis.vĝ.xij.eñ.limes agris positus litem vt discerneret agris. Pes pedis.cuiꝰ ꝯposita cōia sunt triū generꝝ.
vt hic hec hoc bipes.tripes.alipes.ꝓterq; vulpes ⁊ cōpes. Fomes.itis.Luca.in.viij.excitat in validas admoto fo-
mite flāmas. Termes.itis.Gell.li.iij. Palme termes ex arbore cū fructu auulsꝰ spadix dr.nā qd Seruiꝰ scribit in
illd vĝ.j.geor.aut tēpestiuā siluis euertere pinum:importuno tpe arbores cese cito termites faciūt:opinor debere
scribi teredines: cū teredo ꝓpe sit ligni v̄mis:nā termes surculꝰ est arborꝭ. Hora.i epodo.germiat ⁊ nūq; fallētis

Limes.pes.fomes.termes.cum palmite trames.
Et gurges merges.verres cum poplite magnes.
Et paries.aries.stipes.cespesq; satellesq;.
Atq; dies mediusq; dies ꝑ tempore certo.
Et græcum primæ vel quod dat tertia nomen.
Sed communia sunt miles.comes.atq; superstes.
Antistes.cocles.diues.cumq; hospite sospes.
Et pedes.interpres.eques.indiges.hæres.hebesq;.
Et teres.& præpes.locuples.& perpes.& ales.
Inquies & vates. quod format pes sedeoq;.

termes oliue. Palmes.itis.Gel.li.xviij.vberrimos
vinū palmites decidit. Trames.itis.vĝ.v.eñ. nul
li visa cito decurrit tramite vĝo. Gurges.itis.Idē
j.eñ.apparēt rari nātes i gurgite vasto. Merges.itꝭ.
q̇ teste Seruio in illd vĝ.ij.geor. Cerealis mergi-
te culmi:manipulus spicaꝝ est. Verres.is.q̇ rōne
sexus ⁊ geniture masculini gñis est. Poples.itis.
Luca.in.iij. Nisi poplite lapso vltima curuati ꝓce
deret vngula tauri. Magnes.etis.cū alijs grāma-
ticis cōe duoꝝ posueramꝰ. nūc v̄o masculinū esse
dicimꝰ:tū ꝙ nusq; fœmininū repit tū ꝙ etiā eiꝰ fœ
mininū in magnessa ⁊ magnetꝭ exit: queadmodū
in fine capitis huiꝰ dicet. Paries.etis. Oui.iiij.me
ta.fisus erat tenui rima quā duxerat oli cū fieret paries. Aries.etis.rōnē sexꝰ ⁊ geniture masculini gñis ē. Stipes.
itis.vĝ.in moreto paruulꝰ exusto remanebat stipite fumꝰ. Cespes.itis. Persi.nūc ⁊ de cespite viuo frange aliq̇d.
Satelles.itis.Iuue.dirusq; a pōte satelles. Dies diei.ꝓ ambitu solis diurno:⁊ hz nūeꝝ m̄ltitudinis.vt dies nata-
liciꝰ.dies lustricꝰ.dies dñicꝰ nō natalicia.lustrica.dñica. Pro tpe v̄o fœmininū ē:⁊ caret ꝑl̄ali:vt lōga dies hoī do-
cuit parere leones.vĝ.ij.eñ.venit summa dies ⁊ ieluctabile tps. A die ꝓ eo qd ē solis ambitꝰ diurnꝰ aut latio eiꝰ
sup horizōta dr meridies:q̄si mediꝰ dies eiusdē gñis cū in eadē sigtiōe accipiat. Sed posuit mediꝰ dies ꝓ meridies:
qd in carmine heroico vix recipit. Pliniꝰ freq̄ntiꝰ vtit medio die q̄ꝫ meridie:vt de fonte cyrenaico a medio die ad
mediā noctē aq̄s feruētibꝰ totidē horis ad mediū diē rigētibꝰ. Et grecū p̄ime.ꝙ noia greca ꝑ p̄mā vel ꝑ tertiā decli
natiōnē latinā inflexa gñis sunt masculini:vt planetes.e.cometes.e.ꝓamides.e.pelides.e.⁊ vētoꝝ noia.vt apelio-
tes.e.⁊ q̄ supra nūerauimꝰ:cū de termiatis i.a.disseruimꝰ. Lebes.etis.tapes.etis.cres.etis. Oui.d.in epl'a briseidis.
addidit ⁊ fuluos ꝑcioso ex ere lebetes.vĝ.li.x.eñ.arma craterasq; simul pl'chrosq; tapetas. Sed excipiūt etiā in.es.
terminata neutri gñis.vt hippomanes.cacoetes.scyllites.myrtites. Iuue.tenet isanabile m̄ltos scribēdi cacoetes.
vĝ.iij.geor.hinc demū hippomanes v̄o qd noie dicūt pastores:lētū distillat ab iguine virꝰ:hippomanes qd sepe
male legere nouerce. Iuue. Hippomanes carmēq; loq̄r coctūq; venenū. Pli.li.xxx.i aceto scylite decocti. ⁊.xxxij.
idē ex aceto scyllite. Idē li.xiiij.multa de vino myrtite q̄no fiat ex autoritate catonis. Sed cōia sunt.ꝙ noia hic ex
plicata cōia sunt duoꝝ generꝝ:vt hic ⁊ hec miles. Oui.ij.meta.de callisto.miles erat phœbes:nec menalon attigit
vlla gratior hac triuie. Comes.itis.vĝ.ij.eñ.nec comitē hic asportare creusam.qd etiā neutris iūgi pōt.vt Lu.rerū
nos summa seq̄tur impiūq; comes. Supstes.itis. Oui.j.meta.o soror o ꝯiunx o fœmina sola supstes. Etiā neutro
idē triit.iij.elegia.post mea māsuꝝ fata supstes opꝰ.huic ēt pōt ānumerari p̄stes.itis. Mar.capella.geniū ēt p̄stitē:
qd p̄sit gerūdis oibꝰ vocauerūt.⁊ Macro.j.sat.deos p̄stites hoi nascēti q̄ttuor eē.s; a p̄stādo potiꝰ q̄ꝫ a p̄sidēdo salua
Mar.autoritate deductū videt. Antistes.itis. Cice.j.de ora.viꝝ q̇ sit p̄mꝰ eiꝰ artis antistes.fœmininū freq̄ntiꝰ repit
in.a.antistia.e. Cic.in verrē.sacerdotes cereris atq; illiꝰ fani ātistie maiores natu ꝓbate.vĝ.i ciri.icta ve barbarico
cibeles antistia buxo. Oui.iij.meta.tractisq; comis ātistia phœbi. Cocles.itis.qd rōne sigtiōis ad vtrūq; sexū ꝑti-
net. Pli.li.xj.ab ocl'is q̇ altero lumine orbi nascunt:coclites vocant. Diues.itis.vĝ.carthago diues opū.iungitur
etiā neutris:vt apd Vale.maxi.in.ij.diues ⁊ ꝑpotēs nature regnū scrutatꝰ. Oui.ij.fastoꝝ.pietas ꝓ diuite grata est
munere. Hospes.itis. Lu.in.v.hospes in externis audiuit curia tectis.cuiꝰ fœmininū ēt i.a.repit apd eūdē.li.iij.tūc
obtulit hospita tellꝰ puppibꝰ accessꝰ faciles.vĝ.iij.eñ.bellū o terra hospita portas.iūgit etiā neutris. Hora.j.epl'a.
nā q̄ diserta ⁊ i hospita tesquaq; credis. Sospes.itis.cuiꝰ fœmininū etiā in.a.exit. Oui.ij.fastoꝝ de iunone sospita
delubris credit aucta nouis. Pedes.itis.vĝ.iiij.eñ.ꝯgressus pedes hūc venietē cuspide lōga. Interp̄s.etis.vĝ.iiij.
eñ.nūc ioue missus ab ipso interp̄s diuū. Eques.itis.qd cū nomē dignitatꝭ est:ad viros tm̄ ꝑtinet.cū v̄o insidentē
equo sigt:ad fœminas ēt ꝑtinet.sicut ⁊ pedes.itis. Indiges.etis. Oui.xiiij.meta.de enea.quē turba q̇rini nūcupat
indigetē. Heres.dis. cuiꝰ sigtionē manifestū est vtriq; sexui ꝯpetere. Hebes.etis.qd etiā neutris iungit. Iuue. he-
beti lautissima ferro. Teres.etis.qd neutris quoq; iungit. vĝ.vij.eñ.sed hec tereti mos est aptare flagello. Colu.
aut teretis mali aut tecte cortice glandis. Prepes.etis. Luca.in.ix.de ꝑseo.⁊ subitꝰ p̄pes cyllenida sustulit harpē.
Cū neutro etiā iunxit Ennius apd.vj.saturnaliū nec respirandi sit copia p̄pete ferro. Locuples.etis. Iuue. vidua
est locuples:q̇ nupsit auaro.qd etiam autore Priscia.neutris iungi pōt. Perpes.etis.ꝓ ꝑpetuus ⁊ ꝯtinuꝰ. Iust.
li.v.ꝑpeti nocte fortunā publicam q̄slibus iterant.⁊ in hymno.ꝑpes corona p̄sulum.pōt etiā queadmodū vt supio
ra neutris aptari. Ales.itis.vĝ.in moreto.excubitorq; diē cantu p̄dixerat ales. Mar.altiis crinite cauda superba
fuit. Inq̇es trium generꝝ est teste Priscia. Gell.li.viij.labor hic vigiliarum inquies. Salust.apd Prisc.in.j.histo.
vitio humani ingenij:quo inquies atq; indomitū semꝑ. Eius quoq; simplex apud antiquiores repitur trium ge
nerum. Ennius.namq; eiꝰ mentē fecerat fortuna quietem. Licinius.nō minimo ope milites q̇etes volebant esse.
Vates.is. Iuue.sed vatē egregiū cui non sit publica vena. vĝ.iij.eñ.aut quē tum vates cassandra moueret. Que
format pes sedeoq;.ꝙ ꝯposita ab hoc noie pes.dis.⁊ ab hoc v̄bo sedeo.es.supioribus annumeranda sunt. sed de
compositis a pede paulo ante diximus.⁊ a sedeo hic ⁊ hec p̄ses.idis.reses.idis.obses.idis.deses.idis. Lu.in.ix.na
tura deside torpet.⁊ a sedeo quoq; Martia.capella. p̄estes.itis.deduxit.ait namq; de philologie nuptijs.genium
p̄stitem quod p̄sit gerūdis omnibus vocauerunt. Macro.in.j.satur.deos p̄estites homini nascenti quattuor esse.

Est quoq; nomen in.is.muliebre.Sed esto virile,
Corbis & ædilis.fascis quoq;.piscis & axis.
Et collis.vermis & callis.follis & ensis.
Mensis cum vecti.postis.glis.fustis & anguis.
Et torris.caulis.lapis.vnguis.torquis & orbis.
Et sanguis.cucumis.iunges cum vomere puluis.
Quæq; silent alii libys atq; canalis.aqualis.
Et quibus.n.præit.is.Et quod componis ab asse.
Adiectiua dabis communia.iunge tricuspis.
Samnis.dis.iuuenis.ciuis.testis.canis.hostis.

Est quoq; nomē in.is.ꝙ noīa in.is.desinētia fœminina sunt.vt hęc auis.puppis.classis.nauis.messis. Mascula ꝟo sunt q̄ ponunꝰ in serie q̄nq; ꝟsuū seq̄ntiū.hic corbis.is.Seruiꝰ tñ.j.geor.fœmininū esse dicit Cice. autoritate: q̄ ait:messoria se corbe ꝯtexit.Aedilis.is.qđ magistratꝰ nomē ad viros tñ ꝑtinet.Fascis.is.ꝟg.i buc.ego hoc te fasce leuabo.Piscis.is.ꝓ fœmina.Oui.i.ij.de arte dixit iuenit in media fœmina piscis aq̄.Axis.is.Idē.ij.meta.aureus axis erat.Collis.is.ꝟg.collē q̄ plurimꝰ vrbi iminet.Vermis.is.cuiꝰ diminutiuū ꝟmiculus masculinū esse oñdit.Callis.is.ꝟg.in.vj.secreti celāt calles.Follis is.a quo diminutiuū est folliculꝰ paruꝰ follis.Ensis.is.Iuue.ense velut stricto q̄ties luciliꝰ ardēs. cuiꝰ diminutiuū ensiculꝰ ꝛ ensicula est.Mēsis.ꝟg. totosq; ex ordine mēses.Vectis.is.postis.is. ꝟgi. postesq; sub ipso nitunꝰ gradibꝰ.Glis.iris. Marꝰ. somniculosos ille porrigit glires.Fustis.is.a quo diminutiuū declinaꝰ fusticulꝰ.i.Anguis.is.ꝟg.ij.ęñ. gemini imēsis orbibꝰ angues.Vale.maxi.in.j.fœmininū ꝓtulit hęc āguis.Torris.is. Flaccꝰ.iij.argo.viuoq; reluxit torre focꝰ.Caulis q̄ ēt colis đr. vñ coliculꝰ.Hora.ij.ser.cole suburbano q̄ siccis creuit i agris.Torq̄s:qđ freq̄ntiꝰ gñe fœminino repiꝰ Gel.li.viij.torq̄s ex auro quā ex hoste quē occiderat detractā induit.ꝛ paulopost torquē detraxit:eāq; sanguinolētā sibi i collū imponit.Iusti.li.xliij.torq̄ aurea donatꝰ.Apule.ij.floridoꝝ circulo mineo veluti aurea torq̄.Hiero.q̄z multis i locis.vt Iudicū.viij.ꝓter torq̄s aureas cameloꝝ.sed ꝛ masculinū repiꝰ.vt apđ Silliū.iiij.puni.colla viri fuluo radiabāt lactea torq̄.ꝛ Liuiꝰ.vij.ab vrbe ꝯdita.i tñ vno torq̄ spoliauit quē respsum cruore collo circūdedit suo. Sueto.i augusto.lapsu debilitatū aureo torq̄ donauit.Queq; silēt alij.cū oēs grammatici libys ꝛ canalis ꝛ aq̄lis cuiꝰ sint gñis siluerint:dicit ꝙ gñis sunt masculini.nā cū libys gētile sit:posset q̄spiā putare ꝙ est cōe duoꝝ geneꝝ: nos dicimꝰ nusq̄ repiri nisi gñe masculino.Mar.ꝛ libys in lōgo puluere sudet eq̄s.ꝛ Luca.in.vj. cū iaculū parua libys amētauit arena.eiꝰ fœmininū libyssa est vł libystis.vt ifra dicemꝰ.Canalis q̄z cū oēs sub gñe fœminino reliq̄rint:tñ Seruiꝰ grāmaticꝰ id explicit.ait em̄ in illđ.ꝟg.iij.geor.currentē ilignis potare canalibꝰ vndā.canalis melius gñe fœminino ꝓferimꝰ.Ego ꝯtra dixerim vsitatiꝰ gñe masculino eē ꝓferēdū.vt ꝟg.i etna.qđ si diuersos emittit terra canales.ꝛ iteꝝ:nec tñ in rigidos exit ꝯtēta canales.atq; iteꝝ adhuc.p̄ssoq; canali huc illuc ageret ventos. Sene.iij.na.q.amisso canali suo flumina ꝓmū refundunꝰ.Idē in.iiij.tādē tenuissimos canales tenēt:ꝑ q̄s angusta rupiū effugiūt.Idē in.iiij.sulphuratā aquā circa canales suos durari.ꝛ i eodē:q̄bꝰ torrēs i canali suo cursꝰ est.Pli. li.viij.sanguisuga vbi in ipso amne canali se fixit.Liui.xxiij.ab vrbe.vtraq; est i capitolio canali vno discreta.Cel. li.iiij.vulua recta ꝯtinuataq; ceruice:quē canalē vocāt.Sene.in ep̄la.cviij.illū turba ꝑlōgi canalis āgustias tractū. Apule.vj.meta.canali directo ꝑgas ad ipam orci regiā.ꝛ ibidē.angusti canalis exerto ꝯtenti tramite.ꝛ in libris digestoꝝ.ti.de riuis.l.seruiꝰ.si q̄s nouū canalē vel phystulā.Eiꝰ q̄z diminutiuo vsꝰ est Celsus li.viij.excipiēda sunt ex ferula facto canaliculo.Nō inficior ego apđ antiq̄ores iueniri aliq̄ñ ēt fœmininū.vt apđ Catonē ꝛ apđ Varro. sz ego de optimoꝝ vsu loq̄r.nā Catoni ꝛ varroni q̄ntū autoritatis haberi đbeat:initio testati sumꝰ.Aq̄lis ꝓterea nemo ē q̄ ex reglis traditis nō dicat eē gñis fœminini:sz q̄ñ Varro dixit de origie ligue latine:ab aq̄ aq̄lis est dictꝰ:vñ etiā ꝑ diminutionē aq̄liculꝰ fit:qđ ipm argumēto fuerit aq̄lis esse gñis masculini.Et q̄bꝰ.n.pręit.is.ꝙ noīa h̄ñtia.n.añ is.gñis ēt sunt masculini:vt hic panis.cinis.ignis.funis.qđ gñis eē masculini Quin.ex illiꝰ diminutiuo funiculus oñdit.Tametsi Luc.fœminino sit vsus apđ Gelliū li.xij.aurea de cœlo submisit funis ꝛ arua.Clunis.is.Iuue.ad terrā tremulo descēdūt clune puellę.Hora.tñ.j.ser.fœmininū esse oñdit.qđ pulchrę inq̄t clunes.Amnis antiq̄ores quoq; gñe fœminino dixerūt.Et qđ ꝯponis ab asse.ꝙ ab asse ꝯposita sub hac terminatiōe gñis sunt masculini admodū ꝛ as assis.vt semis.centussis.bessis.tressis.octussis.decussis.bigessis.In libris digestoꝝ titu.de vulgari et pupillari substitutiōe.l.si pr̄.vt vnꝰ semis apđ te maneat.Persi.curto centusse liceꝰ.ꝛ Lucił.apđ Gelliū li.ij. fanni centussesq; misellos.Adiectiua dabis cōia.qđ noīa adiectiua sub hac terminatiōe cōia sunt duoꝝ geneꝝ.vt hic et hęc nobilis fortis.breuis.tricuspis quoq; ꝛ si nō hz genꝰ neutrū tricuspe: pōt tñ in obliq̄s casibꝰ etiā neutris iūgi. Oui.j.meta.positoq; tricuspide telo.Sānis.itis.nō solū vtriq; sexui aptari pōt autore Cęsare i libris de analogia: verūetiā antiq̄ores hoc samnite ꝓtulerūt:vt neuiꝰ in carmine belli punici.Liuiꝰ tñ li.x.ab vrbe nō est ausus gñi fœminino aptare:cū nusq̄ repiatur nisi masculino.ait em̄ cohortiū samnitiaꝝ paulisꝑ recruduit pugna.Dis.tis.qđ ēt neutro iunctū inueniꝰ.Hora.j.ser.bruto ꝓtore tenente ditē asiam.Lu.in.viij.nō illic lybicę posuerūt ditia gētes templa.atq; ēt in singłari hoc dite:qđ Pris.negat repiri posse.Flac.tñ.ij. argonau.nō ꝓꝓs nō dite solū nō vlla parētis regna peto.Testis plerūq; gñi neutro ꝯiunctū repitur.vt Lu.in.ix.teste tulit cœlo victi decꝰ orionis.ꝛ Hora.testis metauꝝ flumē.ꝛ Proptiꝰ sidera testes.ꝛ Hiero.ad custochiū.testis est tribunal:añ qđ iacui. Sūt q̄ putēt his ꝓceptiōibꝰ deesse pauca noīa q̄ iuniores grāmatici posuerūt.bipenis.altilis.molaris.Sed opinor hi nō putabāt hęc noīa triū geneꝝ esse cōia.qđ si vspiā q̄si substantiua repiantur:illius erunt gñis cuiꝰ est substantiuū:qđ subintelligiꝰ:vt hic ꝛ hęc bipennis ꝛ hoc bipenne declinatur.ꝟg.xj.ęñ.ferro sonat alta bipenni fraxinꝰ. Idem tñ q̄si substātiuum posuit.ij.ęñ.correpta dura bipenni robora ꝑfringit.Eodē mō hic hęc altilis ꝛ hoc altile declinatur. Pli.li.xix.heu ꝓdigia vētris.ecce altiles spectātur asparagi.Idem i.ix.cochleę q̄q; altiles ganeā implerent.Cum ꝟo Iuue.dixit ad nos iam veniet minor altilis:gallina intelligitur:qđ Mar.explicit in dist.cuiꝰ titulꝰ est gallinę altiles. Eadem q̄q; rōne hic hęc molaris declinaꝰ:nimiꝝ a mola possessiuū.sed cū dixit Iuue.p̄ssoq; diu stridere molari.intelligiꝰ dens.ꝛ cū Papi.v.theba.vastęq; sudes fractiq; molares:intelliguntur lapides.qđ ꝟgil. expressit in etna. quippe molaris illius incendi lapidis.ꝛ paulopost ardenti lapidem causam esse molarem. Grecą noīa sub hac terminatione fœminina sunt plerumq;.sed repiuntur aliquando masculina:vt apđ ꝟgi.iij.georgi.ꝛ lapidis arua timaui.

Nomen in.os.dabitur maribus.sed fœmineis sunt.
Hæc addenda duo.dos.cos.neutris epos.argos.
Et chaos atq; melos.iunges os oris & ossis.
Est commune duum bos.custos atq; sacerdos.
Et quæ componit potis & pote:compos & impos.
Vs declinatum per quartam siue secundam
Dic maribus iunctum.Sed fœmineis referantur
Aluus.humus.vannus.ficus.domus & colus addes.
Porticus atq; tribus.superaddis acusq; manusq;.
Et quæ vertentes permutant græca latinis:
Hoc plærūq; gradu.maribus quandoq; reponis.
Hæc tria neutra facis.virus.vulgus.pelagusq;.

Nomen in.os.ꝙ noia in.os.finita gñis sunt masculini.vt ros.mos.flos.labos.vapos.lepos.colos. pro eo qđ co lor.Pli.li.xxxv.glebis suꝰ colos:ꝛ fere nūq; aliter in casu noiandi vtit. Heros. is. cuiꝰ fœmininū est heroina vel herois vel herotissa.Fœminina ꝟo sunt duo hec dos.tis.hec.cos.tis.q̄ alio mō hec cautes.is.declinat:ꝓpter cā af finitatē q̄ est inter.au.diphthōgō ꝛ.o.Arbos q̄q; alteriꝰ teriatiōis genꝰ sequit. S; neutra sunt hoc epos.i.genꝰ car minis.Hora.j.ser.forte epos acer vt nemo variꝰ ducit.Mar.scribebamꝰ epos.cœpisti scribere: cessi. Argos. i. Oui. j.de reme.vacuū litibꝰ argos erat.Luca.in.vj.vbi nobile quōdā nūc sup argos arāt. Chaos. i. Idē in.ij.i chaos āticquū ꝯfundimur. Melos.i.Persi. cantare credas pegaseiū melos.q̄q; ratio carmi nis nō melos sed carmen recipiat. Os.oris.ꝟgi. ꝟginis os habitūq; gerēs. Os.ossis.cato.si quis mēbrū rupit.aut os fregit.qđ etiā ossum.i.antiq̄o res declinabant. sic Pac.ossum inhumatū dixit. Cōmunia duoꝝ generū sunt bos.is.ꝟg.ille me as errare boues. Custos.dis. cōmune duoꝝ esse cū oēs fatent: tñ maxime seruius exponens illud ꝟg.vj.eñ.cernis custodia qualis.nā cū de tisipho ne poeta loq̄ret:custodia ꝓ custos vsurpatum esse dicit.Iuue.etiā neutro iūxit.dicēs. tituliq; cupido hesuri saxis cinerū custodibꝰ. Sacerdos.tis.ꝟgi. in.j.eñ.donec regina sacerdos marte grauis.Gel.li.ix.fœmininū protulit sacerdotissa. eedē inquit cerimonię sunt: quas flaminias sacerdotissas diales seorsum aiunt obseruitare. Superioribꝰ etiā iūgūtur ab hic hec potis ꝛ hoc pote cōposita.sunt aūt duo.hic hec cōpos.tis.impos.tis. Oui.j.de arte.i seq̄re ꝛ voti post modo cōpos eris. Hora. in poe.post etiā inclusa est voti sentētia cōpos.Gel.i.j.nō idoneꝰ ad dicēdū s; ad tacēdū impos. Vs. declinatum.ꝙ noia.ij.et.iiij.declinatiōis in.us.finita gñis sunt masculini:vt hic deꝰ.i.dñs.i.sensus.us.auditꝰ. us. Fœminina ꝟo sunt q̄ hoc loco explicāt.hec aluꝰ.i.ꝟg.ij.eñ.i latꝰ inq; feri curuā ꝯpagibꝰ aluū.Actiꝰ masculinū ꝓtulit.mala nemꝰ retinēs grauido ꝯcepit in aluo.Humꝰ.i.qđ gñis fœminini semp repit. Vānꝰ.i. ꝟg.j. geor. ꝛ mystica vānꝰ iacchi. Ficꝰ.i.vel ficꝰ.us.qđ ꝓ arbore ex gñali sigñiōe.ij.ꝛ.iiij. declinatiōis fœmininū repit. Iuue. ad q̄ discutiēda valent sterilis mala robora fici.Cic.de ora.vxorē suā se de ficu suspēdisse dixit.Pro pomo quoq; repit vtriusq; declinatio nis gñis fœminini.aliqñ etiā masculini:s; scđe declinatiōis tm̄.Sueto.in augu.caseū bubulū manu pssum ꝛ ficus biferas petebat.Pli.quoq; li.xv.ficos ꝛ ficꝰ sub gñe fœminino ꝓtulit ꝓ pomo. Var.in.j.de re rust. fici inquit quē edimꝰ.ꝛ Lucil.apđ Noniū marcellū.sicuti cū p̄mos ficos ꝓ palā recētes ꝓtulit : precio ingēti dat primitꝰ primos. Pro morbo ꝟo gñis esse masculini atq; scđe declinatiōis testatur Mar.cū.j.epi.lib.scribit. dicemꝰ ficos cęciliane tuos.quē ꝟsum ego nō ignoro a diuersis autoribꝰ aliter atq; aliter legi. Pris.etiā ꝓ morbo q̄rtę declinatiōis esse putat gñis masculini.atq; ita legit.dicemꝰ ficꝰ cęciliane tuos.Valla ꝓ morbo gñis masculini Pris.astipulat:sed de declinatiōe ab eo dissentit:ꝯtēditq; sic debere legi carmē:dicemꝰ ficos cęciliane tuos.Georgiꝰ merula nō putat Mar.i eo loco de morbo sēsisse:s; de ipo arboris pomo.Neq; eñ vt ait:illi erat cū cęciliano ꝯtētio: nisi de nois de clinatiōe:quēadmodū voluit Arist.interp̄s in lib.elē.ac si poeta voluisset dicere. neq; dicemꝰ ficꝰ:quas scimꝰ in ar bore nasci:s; dicemꝰ ficos tuos.i.quēadmodū tu sentis.qđ.s.ficꝰ ꝓ pomo gñis sit masculini. Nā qđ galeotꝰ martiꝰ exposuit.dicemꝰ ficos tuos.i.seruos ꝛ familiares ficosos: ridiculū ē. Qđ ꝟo georgiꝰ putat Martialē nō fuisse adeo impudētē:vt tā illoto atq; illiberali ioco vteret:ego nō intelligo cur tā bñ de illo sentiat : cū sint illiꝰ poetę alij ioci multo turpiores.neq; i eo merulę assentior:qđ putat ficū ꝓ morbo nō ꝑtinere ad ani circulū : s; tm̄ ad caput:eūq; esse quē greci sycosim vocāt:cū Mar.idē atq; ꝟg.i p̄ape.i illū podicis morbū sępe iocēt :qđ de morbo capitis frigi diuscule diceret.Grossus q̄q; ꝓ fico cū pomū sigt tū gñis masculini tū fœminini repit . Cels.li.v. grossi inq̄t in aq̄ cocti.Pli.li.xv.deꝑhēsasq; i his hyeme grossos.Domꝰ quoq; ꝛ colꝰ vtriusq; declinatiōis repiunt: s; de domo lib. j. diximꝰ.de colo.Iuue.s; graue tardas expectare colos.Cic.ij.de ora.quō ad me venis cū tua colu ꝛ lana. Porticꝰ. us.tribꝰ.us.acus.us.manꝰ.us.fœminina sunt q̄rtę declinatiōis:nisi qđ acꝰ.i.ꝓ pisce gñis ē masculini declinatiōis scđę.Et q̄ ꝟtētes.ꝙ noia greca i.os.finita q̄ trāseūt ad nr̄am declinationē.os.mutata in.us. plerūq; sunt fœmini na.vt hec papyrꝰ.i.Mart.ꝑdite niliacas musę mea dāna papyros.Hec biblos.biblus.i.Luca.in.iij.nondū flumi neas mēphis cōtexere biblos. Crystallos.allus.i.ꝟg.in p̄ape.rigetq; dura barba iuncta crystallo.Costos.costꝰ.i. Catullꝰ.regia quā suaues expirans costꝰ odores.ꝛ Luca.i.ix.coaq; costꝰ. Smaragdos.smaragdꝰ.i. Pli.li.xxxvij. smaragdus in qua exculpta fuerat amymone.q̄q; idē autor frequētiꝰ vtitur gñe masculino.quēadmodū ꝛ Mart. scythas smaragdos appellauit. Phasellꝰ quoq; ꝛ si gñis sit fœminini apud gręcos:Catullꝰ gñe masculino dixit. phasellꝰ ille quē videtis hospites:aiūt fuisse nauiū celerrimū.Dicit igit:tu repones plerūq; in hoc gradu.i.iter fœ minina illa q̄ ꝟtētes.i.iterp̄tes q̄ ex s̄mōe greco i latinū iterp̄tāt q̄ñq; teriationē latinā respiciētes:repones illa ma ribꝰ.i.iter masculina.vt i illo ꝟsu.isula cincta mari diximꝰ. Tria ꝟo repiunt gñis neutri.hoc virꝰ.i. Mart. virus vt hoc alio fallax ꝑmutet odore.Vulgꝰ.i.ꝟg.ij.eñ.scindit icertū studia in ꝯtraria vulgꝰ.in eodē quoq; masculino gñe ꝓtulit dicens:ꝛ spargere voces in vulgū ābiguas.Salust.i iugur.vulgū effusum oppido cedere. Pli.li.viij.id vul gū credidisse video.Pelagꝰ.gi.specꝰ quoq; āntiq̄ores tū gñe fœminino:tū neutro ꝓtulerūt.Gel.li.vij.spęcū quandā nactꝰ remotā tenebrosāq; penetro.ꝛ Pac.aduenio iscrupulosam specū.Cato.speca opposita quo aqua deuia abi ret.frequētiꝰ tm̄ masculinū repit.Hora.iii.car.quos agor i specꝰ. Oui.iij.meta. est specꝰ i medio siluis ꝛ vimine de sus.Genꝰ.i.ꝓ eo qđ est genu:quēadmodū supra de noibꝰ i.u.teriatis diximꝰ:gñis est neutri. Penꝰ.i. penꝰ.us.ꝑ se cūdā ꝛ quartā gñis sunt masculini vel fœminini.hoc penꝰ.oris.tertię semp est neutrū. Plau.i pseu.nisi mihi ānuꝰ penꝰ ab amatoribꝰ cōgerit.Lucr.magna penꝰ paruo spacio cōsūpta peribit.Est ꝓterea titulꝰ i li.digest. de penu le

Tertia quod nomen declinat: dicito neutrum.
Sed duo mascula sunt lepus & mus. iungitur illis
Pus podos hoc est pes: & quæ componis ab illo.
Fœmineo genere sunt virtus atq; iuuentus.
Et palus atq; salus. & quod dat seruio nomen.
Atq; pecus pecudis. incus. subscusq; senectus.
Sint coniuncta tribus vetus. intercusq; duobus.
Sint coniuncta tibi tria tantum. sus. lygus & grus.
Masculus est hic præs. Sed neutrum dicitur hoc æs.
Et duo fœminea. laus. laudis. fraus quoq; fraudis.
S. muliebre datur: si consona iungitur illi.
Attamen esto mas fons. dens. pons. tabificus. seps.
Et cum monte chalybs. & arabs. polysyllaba iunges.
In quibꝰ anteuenit. p. littera. quod probat hydrops.
Et partes assis. tamen est commune duorum.
Cælebs & princeps. infansq;. bifronsq;. parensq;.
Adiectiua tribus iungunt sua significata.

gata. sꝫ ibidē frequētiꝰ hoc penꝰ. oris. legimꝰ quēadmodū apud Horat. portet frumēta penusq;. Affraniꝰ quoq; in penꝰ herile dixit: ab eo qđ est hoc penꝰ. Sexꝰ quoq; neutro gn̄e Plau. i rudēte ꝓtulit. d. virile sexꝰ nunq̄ vllū habui. Tertia qđ nomē. ꝙ noīa in. us. desinētia tertię declinatōis gn̄is sunt neutri. vt hoc tps. oris. corpꝰ. oris. sydꝰ. eris. vulnꝰ. eris. rudꝰ. eris. ꝙ vt diximꝰ ruder quoq; ruderi declinat. Masculina vō sunt duo hic lepꝰ. oris. hic. mus. ris. Iūgitur illis. ꝙ hoc nomē pus podos qđ ex grę̄co interptat pes pedis. ⁊ ab eo ꝯposita sunt gn̄is fœminini vt dipꝰ. dis. tripꝰ. dis. decapꝰ. odis. chytrapꝰ. odis. dasipus. odis. lagopꝰ. odis. imantopꝰ. odis. scropus. odis. sacropus. odis. Fœminina sunt octo tantū hęc virtꝰ. utis. iuuētus. utis. palus. udis. salꝰ. utis. et qđ dat seruio nomē. i. vbale siue ꝑticipiale nomē ab hoc vbo seruio. is. hoc est seruitꝰ. utis. pecꝰ. udis. ꝓ vna tm̄ gregis animāte. nā ꝓ toto grege hoc pecꝰ. oris. dicit. incꝰ. udis. senectꝰ. utis. Subscus. udis. fœmininum quoq; esse ostēdit Pacu. apud festū dicēs. nec vlla subscꝰ prohibet ꝯpagē. reqre in declinatiōe. Sint cōiuncta tribus. ꝙ huius ordinis duo noīa reperiūtur cōia triū generū. hic hęc hoc vetꝰ. eris. ꝓ quo antiquiores veter. eris. dicebant. Actiꝰ. veter fatoꝝ terminꝰ sic iusserat: vñ etiā suꝑlatiuū declinat veterrimꝰ. Intercꝰ quoq; intercutis cōe triū est. Gel. lib. xviij. liberatū se esse aq̄ intercutis morbo. Idē li. xj. intercutibꝰ ipsi vitijs madētes. quemadmodū ⁊ cato dixerat intercutibꝰ stupris inq̄natꝰ. Duobꝰ sint cōiūcta. quod duoꝝ generū cōia / tria tm̄ reperiunt hic ⁊ hęc sus. is. vg. iij. geor. dētesq; exacuit sabellicꝰ sus. Idē. iij. ęn̄. iūcta sub ilicibꝰ sus. Lygꝰ vel lygur vt supra diximꝰ. cōis duoꝝ geneꝝ ē. sꝫ vt ego suspicor lygur gn̄is ē mas. lygꝰ vō cōis duoꝝ. Grus. is. vg. j. geor. strymonięq; grues. Hor. ij. ser. discerpta ferētes mēbra gruis spsi. Masculꝰ est hic pręs. ꝙ i. es. diphthōgo finita duo tm̄ repiunt. hic pręs. dis. mascu. ⁊ hoc. ęs. ęris. neutrū. ⁊ in aus. quoq; diphthōgō itidē duo fœminina. hęc laus. dis. ⁊ hęc fraus. dis. S. muliebre dat. qđ noīa finita in. s. habētia ꝯsonātē an̄. s. gn̄is sūt fœminini: vt hęc puls. tis. hyems. is. glās. dis. ars. tis frōs. dis. ꝓ arboris folio: qđ etiā hęc frōdis declinat. frōs. tis. vg. j. ęn̄. frōte sub aduersa scopulis pēdētibꝰ antrū. Idē in. vj. sꝫ frōs lęta parū ⁊ deiecto lumine vultu. Gel. tn̄. li. xiiij. tū rōne analogię tū autoritate āti quoꝝ cōsuluit rectiꝰ debere ꝓferri frons in gn̄e virili: q̄ꝫ in fœminino: citatq; Cęciliū: q̄ ait. nā ij sunt inimici pessimi frōte hilaro. ⁊ Cato. i. vj. originū dicētē. postridie signis collatis ęquo frōte pugnauit. Probat etiā ex ꝓportiōis rōne: q₂ oīa noīa in. ns. terīata si adiectiua nō sūt: masculina semꝑ repiunt. vt hic. mōs. pōs. fons. dēs. q̄ ꝓculdubio masculina sunt. Seps q̄q; sepis masculinū est ꝓ serpēte. addidit igit tabificus alludēs ad illđ Luca. li. x. ossaq; dissoluens cū corpe tabificꝰ seps. hūc Pli. li. xx. sepa in gn̄e fœminino posuit. multipedē inq̄t sepā gręci vocāt oblōgā. pilosis pedibꝰ. pecori p̄cipue nociuā. Idē. xxxij. cerastē: aut quas sepas vocāt. Chalybs. bis. siue ꝓ illis pōti ꝓpe paphlagoniā ppl̄is: siue ꝑ metonymiā ꝓ ferro. vg. j. geor. at chalybes nudi ferrū: qđ ex ꝓportiōe eo modo facit fœmininū chalibissa: quo arabs. issa. Hiero. i ꝓlogo iob. ⁊ accepit vxorē arabissam. Lybs q̄q; ꝓ vēto quē latini affricū appellāt: ex siḡtiōe gn̄ali masculini gn̄is est: vt reliq̄ vētoꝝ noīa. Polysyllaba iūges. ꝙ noīa pluriū syllabarū in. ps. desinētia masculini gn̄is sunt. vt hic hydrops. opis. merops. opis. epops. opis. europs. opis. cyclops. opis. adeps. ipis. mānceps. ipis. ęthiops. opis. cuiꝰ fœmininū Hiero. posuit ęthiopissa. ę. nūeri. xij. locutaq; est maria ⁊ aarō ꝯtra moysen ꝓ vxore eius ęthiopissa. Repꝑit tn̄ forceps gn̄e fœminino. vt apđ Ou. ij. mete. quē forcipe curua faber duxit. Pers. labefactēt forcipe adūca. Et partes assis. ꝙ partes assis siue ꝓ libra duodecim vnciarū: siue ꝓ solida hereditate gn̄is sunt masculini. vt hic triēs. entis. q̄drās. antis. q̄ncūs. uncis. sextās. antis. septūs. cis. dodrās. antis. dextās. antis. decūs. uncis. deuns. uncis. Iuue. nec habet quē porrigat ore triētē. Mart. ⁊ q̄drās mihi nullꝰ est in arca. Pris. de pōde. septūcē dēpto q̄ncūce vocarūt. Dodrantē reliquū vocāt quadrāte retracto. At si dextātē retrahas erit illi decūces. Tamē est cōe duoꝝ. qđ q̄nq; noīa q̄ vno vsu cōplexus est: cōia sunt duoꝝ geneꝝ. Cęlebs. Horat. de seipso. iij. car. martijs cęlebs quid agā calendis. Idē. j. epl̄a. nil ait esse prius melius nil cęlibe vita. Princeps. Iuuena. cythȩredo principe natꝰ. vgi. x. ęn̄. tu mihi nunc pugnę princeps: tu diua secūdo. Pro quo iuniores dixerūt principissa: sicut a dux ducissa: a comes comitissa. Infans pro puero ⁊ puella qui ꝑ ętatē nōdū fari possunt: nā ꝓ nō loquēte cōmune est triū geneꝝ. ⁊ sic dicimꝰ ora infantia: ⁊ homo infantissimꝰ. Bifrons duas habēs facies. vgil. xij. ęn̄. ianūq; bifrōtē: ⁊ sic rē quāpiā bifrontē possumꝰ dicere. ⁊ dianā trifrontē: quemadmodū Vergi. iiij. ęneiđ. tria vginis ora dianę. ⁊ eundē ianū quadrifrontem: autore Macro. ⁊ Mart. Parēs. vterq; i. pater ⁊ mater. vgi. v. ęn̄. salue sancta parēs. Idē in. ij. alma parēs cōfessa deā. Adiectiua tribus. ꝙ noīa adiectiua ratione siḡtiōis cōmunia sunt triū generū. vt hic ⁊ hęc ⁊ hoc prudēs. ingens discors. iners. inops. ⁊ a capite cōposita. vt biceps anceps. ⁊ capio. is. vt particeps. municeps. q̄q̄ in plurali vix possent neutris iungi: qđ aliud significare viderent municipia participia. sed māceps. ipis. vt diximꝰ est gn̄is masculini: qđ tantū viris eiꝰ significatio cōpetit: quēadmodū ediuerso forceps gn̄is est masculini: tametsi a capio declinet. Qđ vō de torrēs q̄dā obijciūt: ij mihi nō vident intelligere q̄d torrēs significet: neq; eīn tm̄ est fluuiꝰ tēporarius: sed etiā q̄cq̄d fluit. vt Iuue. torrēs dicēdi copia. ⁊ alio loco. Ipse o inq̄t torrētior. vg. i buc. torrētia flumina dixit. Nefrens quoq; pro ablactato porcello ab eo dictꝰ. vt Varro in. iij. de re rust. scribit: qđ nondū fabā aut glādē frendere hoc est frangere potest ex ratione siḡtiōis nunq̄ repert nisi gn̄is masculini q₂ semꝑ subintelligi porcellꝰ: nec de alia re dicit.

Neutrū pone caput.git.sinciput.occiput.& frit.
Si monosyllaba sunt in.x.finita:referto
Fœmineo generi.sed thrax phryx mascula.rex.grex.
Et calx cum pedis est.nam calx hæc stringit arenam.
Ad duo dux facies commune.huic adiice coniunx.
Sunt polysyllaba in.ax.tibi tantum mascula thorax.
Nycticorax.limax.dropax.cum storace abaxq;.
Et duo fœminea tibi sunt cum smilace fornax.
Ex finita tibi sunt mascula.fœminea halex.
Et forpex.vibex.carex.imbrexq; supellex.
Quod nomen fit in.ix.muliebre est.Excipe fornix.
Atq; cilix.phœnix & onix.mastyx & iapyx.
Atq; calix & oryx.natrixq;.calyxq;.varixq;.

Neutrū pone caput in.t.neutrū reperit̃ hoc caput.itis.ꝛ duo cōposita ab illo.sinciput.pitis.ꝛ occiput. pitis. nam intercipiut qḋ qdā dixerūt nō est latinū.Iuue.comedā ego flebile nati sinciput.ꝛ Persius.occipiti ceco posticę occurrite sannę. Plinꝰ ꝛ Celsus nunq̄ occiput:sed semꝑ occipitiū appellāt.ꝛ Sueto.in caio.comatos quotiens sibi occurrerēt:occipitio deturpabat.Duo quoq; reperio neutra indeclinabilia.hoc git.frit. Plinꝰ lib.xx.git ex grę cis alij melanthiō alij melāspmon vocāt:optimū q̄ excitatissim odoris:ꝛ q̄ nigerrimū.Esaię cap.xxviij.feret git et ciminū sparget. Varro.j.de re rusti.illud autē in summa spica iam matura: qḋ est minꝰ q̄ granum:vocatur frit. Si monosyllaba.q noīa monosyllaba in.x.desinētia generis sunt fœminini.vt hęc pax.fax.lanx.nix.nox.lux. Mascula vero sunt hic thrax.Horat.thrax est gallina syro par. cuꝰ fœmininum est thraissa. nō threissa. nam ai diphthongus est greca ō soluitur.nō ei. vt notauit Georgi. merula in illḋ vgi.j.eñ.vel qualis equos thraissa fatigat harpalice. Phryx. gis. cuius fœmininū est phrygia. vgil.x.eñ. o vere phrygię. neq; enim phryges: hoc est o vere fœminę troianę ꝛ nō troiani. Rex.gis.grex.gis.calx.cis. ꝓ ea pedis parte:qua terram calcamus.vt Seruius inquit in illud.vg.v.eñ.calcēq; terit iā calce diores. Apu.vij. meta. expugnata patientia mea calces validos extulerā.Reperit̃ etiā fœmininū in hac significatiōe vg.ix.eñ.qdrupedēq; citū ferrata calce fatigat.Cice.i.thus.nūc video calcē:ad quā cū sit decursum. Gel. li. xiij. cursus coꝝ ad cādē vtuti calcē tēdētiū.nā vtrobiq; ꝑ trāslationē ꝓ fine siue extrema alicuiꝰ rei pte accipit̃ sicut plāta corpis est terminꝰ. Calx q̄q; ꝓ lapide in cineres ignibꝰ soluto:qua vtimur i structuris gñis est fœminini. ideo dixit hęc calx stringit arenā. q: sine calce itritū ex terra siue argilla facile soluit̃. Vñ Caiꝰ Cęsar autore trāquillo: Senecę genꝰ dicēdi aiebat eē arenā sine calce. Duoꝝ geneꝝ cōe est hic ꝛ hęc dux.vgi.j.eñ. dux fœmina facti: pro quo vt supra memorauimꝰ qdā ꝑperā dicūt ducissa. Coniux q̄q; duoꝝ geneꝝ cōe ē: qḋ extra ordinē iter monosyllaba posuit q: solū cū duce in gñe conueniebat.Sunt polysyllaba in.ax.q noīa polysyllaba in.ax.desinentia pauca reperiunt̃.hęc fere.thorax.acis. Siliꝰ.li.iiij.passurꝰ dextras atq; irrita vulnera thorax.vg.xj.eñ. bis sex thoraca petitū ꝑfossumq; locis. Nycticorax.acis.qḋ gñis est masculini apḋ grecos quēadmodū ꝛ corax vñ deriuat̃:interp̄tat̃ eñ nycticorax coruꝰ noctis.Limax.acis.Colu.iplicitꝰ cōchęlimax hirsutaq; cāpe. Dropax.acis.Serenꝰ.nec non apposito curantur dropace mēbra.Mart.lib.x.leuis dropace tu cotidiano. Storax.acis.vg.in ciri:nō storace ideo flagrantes picta capillos.declinat̃ etiā styrax.acis.ꝛ styrace.aces.s; hoc vltimū gñe fœminino. Abax.acis. q teste Priscia.idē est qḋ abacꝰ.i. Iabole.li.xxxij.digesto.q̄ est de legatis.iij.l. heres. cui corinthia inqt vasa legata essent abaces quoq; coꝝ vasoꝝ collocādoꝝ causa paratos videri.ꝓ quo i oibꝰ fere codicibꝰ extrita.a.lrā baces nihili vbū reꝑit̃.Duo q̄q; dicit feminina repiri. Smilax.acis.species hederę est.vt refert Pli.li.xvj.inquā puella dr̄ fuisse cōuersa dicēte Oui.iiij.meta.ꝛ croco in paruos vsum cū smilace flores. Fornax.acis.est q̄ grece dr̄ caminꝰ. Ex finita tibi.q noīa desinētia in.ex.masculina sunt.vt hic pulex.vertex.pollex.vtex. Fœminina vo sunt halex.ecis. nā ꝓ pisce:ꝛ ꝓ garo gñis est fœminini:quēadmodū ꝓbauimꝰ cū de noibꝰ in.c.finitis dictū est. Forpex quoq; sicut forceps gñis est fœminini.nā alterū ab altero ꝑ antistechō dictū est.Vibex.icis.Persi.si puteal multa cautus vibice flagellas.Carex.icis.vg.iij.geor.ꝛ carice pastꝰ acuta.Imbrex.icis.Pli.li.xxxv. p̄mus q; ꝑsonas regulaꝝ extremis imbricibus imposuit:q̄ inter initia ꝓtotypa vocant̃. Seruiꝰ in illud vg.iiij.geor. angustiq; imbrice tecti licet inqt hic imbrex lectū sit:meliꝰ ƀm Plau.hęc ibrex dr̄.ait eñ fregisti imbrices meas.Plau.in milite:q meas fregisti imbrices ꝛ tegulas. Supellex.lectilis.Persi.noris q̄ sit tibi curta suppellex.Culex Plau. in cassina.gñe fœminino ꝓtulit.dicēs.eho.tu nihili cana culex. Qḋ fit i.ix.q noīa i.ix.desinētia fœminina sunt.vt hęc ꝑdix. cornix.filix.lodix.Iuue.magnę mētis opꝰ nec de lodice parāda. q̄q̄ Asinꝰ pollio sermonis latini autor exactissimꝰ hos lodices genere masculino ꝓtulit.vt Quin.li.j.refert.Mascula vo sunt hic fornix.icis.Auienꝰ in arato.demittat genino se fornice circulꝰ.Cilix.icis.Lucanꝰ.o nūq̄ pacate cilix.a quo fœmininū est cilissa. Oui.j.fast.ꝛ sonat accensis spica cilissa focis.Phœnix.icis.ꝓ aue.ꝛ ꝓ vēto.ꝛ ꝓ q̄cūq; re mascula ex phœnice regiōe: nā fœmininū mittit phenissa.vg.j.eñ.hūc phenissa tenet dido.ꝛ in.iiij.eñ.at nō infœlix animi phenissa. Onyx.chis. Luca.in.x. totaq; effusus i aula calcabat̃ onyx.ꝛ Mart.vnguētū qḋ paruꝰ onyx.ab coꝑpositū sardonyx. vt statim dicemꝰ etiā fœmininū reperit̃. Mastix.gis.qḋ flagellū interp̄tat̃:a mastico vel mastizo.qḋ est flagello.as. hic dictꝰ Homeromastix. Pli.in ꝓemio libroꝝ naturalis hist. vt obiter hos fugiā homeromastygas.Gel.li.xvj.lacertiꝰ liciniꝰ:cuiꝰ liber etiā fert̃ infando titulo ciceromastyx. vgilio mastix.ciceromastix.homeri vgilij ciceronisq; rep̄hēsor siue flagellū. Iapyx.igis.ꝓ vēto:q̄ spirat ab apulia.Ho.i.iij.car.ne qd albꝰ pecet iapyx.Calix.icis.ꝓ vase potorio. Idem secūdi calices:quē nō fecere disertū.Oryx.igis. Iuue.ꝛ getulꝰ oryx ꝛ phœnicopterꝰ ingēs. Natrix.icis. ꝓ serpēte. Luca.in ix.ꝛ natrix violator aquę.q̄q̄ Lucil.fœmininū ꝓtulit.dicēs. si natibꝰ natricē impressit crassam ꝛ capitatā. Calyx.ycis.ꝓ echino glādis siue castaneę.Pli.li.xv.armatū his echinato calyce vallum.dr̄ aūt calyx a calypto qḋ est velo.as.vnde est apocalypsis reuelatio. Varix.icis.Celsus li.ij.at varix ortꝰ vel ꝑ ora venarū subita ꝓfusio sanguinis. Spadix.icis.vg.iij.geor.honesti spadices.Gel.lib.iij. palmę termes ex arbore cū fructu auulsus spadix dicit̃.

Bombix pro materia illa: ex qua fiunt vestes.generis est fœminini.vnde ꝛ Plinius libro.xj. caput inscripsit de bombyce coa. et in eodem. assyria inquit bombice fœminis credimus. pro verme tamen ad genus generale referri debet: vt sit hic bombyx vermis. hęc bombyx lanugo illa. Martialis. bombyx pendulus vrget opus.

Voluox.ocis.ex terminatis i.ox. tm̄ masculinū est:est em̄ ꝟ̇bis:q̄ ⁊ cōuoluolꝰ ⁊ inuoluolꝰ dr̄. Fœminina vero sūt solox.ocis. ꝑ lana hirta:q̄ꝙ pōt etiā triū generꝝ esse cōe.vt apd̄ Luciliū. mōtano hirco atq; solocc.⁊ Titiniꝰ. lana soloci ad purpurā data. Celox.ocis.q̄ꝙ q̄d est genꝰ maiꝰ apd̄ Pli.li.vij.aliosq; autores. Phalāx.q̄.q̄ addit su periorib9.ꝟ̇g.ij.ēn.⁊ iā argiua phalāx instructis nauibꝰ ibat.⁊ Iuue.iūctęq; vmbone phalanges. Sirynx.ꝑ fistu la sic dicta a syringe nympha in calamū palustrē conuersa.Oui.ij.meta.nymphe syringa vocabāt. Menynx.gis. pro pāniculo cerebri: quo verbo etiā nunc vtūtur medici.nā ꝑ insula ęgypti ad regulā gn̄alē refer- tur. Iynx.auicula est q̄ latinę dicitur torq̄lla siue turbo.de qua Arist.li.ij.de aial.⁊ theocritꝰ. Gene- ris quoq; masculini ponit quattuor thominx.ccs. quā nos appellamus thomicē. Spelinx.gos. q̄ interpretatur spelunca. Pharynx.gos.pro fauce gutturis.⁊ larynx.gos.ꝑ ipso gutture:quas Gale ni interpres pharyngas ⁊ laryngas appellat.

Quæ dantur maribus.voluox quoq; iungitur illis.
Fœmineis addes.solox.celoxq;.phalanxq;.
Sirynx & menynx & iynx.Sed mascula sunto
Thominx thomincos.spelinxq; pharinxq; larinxq;.

De genere dubio.



Ambigui generis tibi tradunt pauca poetæ.
Cum talpa.dama.cardo.panthera.cupido.
Et margo.bubo.finis.cum puluere clunis.
Torquis. stirps & adeps cū scrobe. specusq; pe-
nusq;.
Cortex.atq; silex.cū pumice.lynxq; latexq;.
Et nomē lapidis quod gignit sardus onyxq;.

De gñe dubio. Septē sunt gn̄a noim quēad- modū libro in sequēti dicturi sumꝰ. mascu. fœmi.neutrū.cōmune duoꝝ.cōe triū.ꝓmiscuū.du biū. sed de quinq; priorib9 hucusq; dictū est.ꝓmi- scuū etiā ad genꝰ teriatiōis refert̄. Nūc ꝟ̇o de gn̄e dubio dicit esse pauca noia:q̄ autores alio gn̄e ausi sunt ꝓferre:q̄ꝫ vsus atq; grāmatices regulę exigebant. vt tal- pa.dama.cū rōne teriatiōis gn̄is sint fœminini.vt apd̄ Horat.j.car.⁊ superiecto pauidę natarūt ęquore damę.ꝟ̇gi. autoritate sua vtrūq; sub gn̄e masculino ꝓtulit.vt in buco.cū canibus timidi veniēt ad pocula damę.⁊.j. geor. aut oculis capti fodere cubilia talpę. Oui.li.ix.fiūt et circa genꝰ figurę in noibꝰ.nā ⁊ oculis capti ⁊ damę timidi a ꝟ̇g. dicunt̄:sed subest ratio:q2 sexus vterq; altero significat. Pāthera nusq; nisi gn̄e fœminino legi.vt apud Horat.ij. epla.diuersum ↄfusa genꝰ pāthera camelo.apd̄ grecos tn̄ pāther.eris.masculinū ē. Cardo.inis.cū plerīq; omnes gn̄e masculino ꝓtulerint:gracchꝰ i atalāta ꝑportionē secutꝰ dixit. o grata cardo regiū egressum idicās. Cupido. inis.ꝑ deo amoris.gn̄is est masculini vel ex regula significatiōis gn̄ali cōpertū habemꝰ: nā ꝑ cupiditate fœmininū est rōne teriatiōis. Horat.tn̄ i hac etiā significatiōe masculinū ꝓtulit.ij.car.dicēs.cupido sordibꝰ aufert. Margo q̄ꝙ rōne ter minatiōis fœmininū est.vt apud Iuue.summi plena iā margine libri. Papi.tn̄.ij. the.dixit. solueratat hesperij de- nexo margine pōti. Bubo ediuerso gn̄is est masculini. Oui.v.meta.ignauꝰ bubo dirū mortalibꝰ omē. Idē in.xv. ciusdē.stygiꝰ dedit omia bubo. Pli.li.x.bubo funebris ⁊ maxime abo minatꝰ. ꝟ̇g.iiij.ēn. autoritate sua fœmininū ꝓtulit dicēs.solaq; culminibꝰ ferali carmine bubo. Finis ⁊ clunis ideo sūt masculia:q̄m.n.habēt āte.is.ꝟ̇g.v.ēn. fessisq; sub ipm finē aductabāt.⁊ Iuue.ad terrā tremulo descēdūt clune puellę. ꝟ̇g.tn̄.ij.ēn. dixit hęc finis pami fa toꝝ.⁊ Hora.j.ser.q̄d pulchrę clunes breue q̄d latꝰ.mirorq; seruiū in illō ꝟ̇g.hęc finis pami putasse neq; dici posse hic finis.neq; hęc clunis.ait nāq; his ꝟ̇bis oia latina noia in aia/simplicia/a ꝟ̇bis nō venietia/ in.nis.syllaba ter minata masculina sūt. in aia ꝑpt̄ canis.simplicia ꝑpt̄ bipēnis.a ꝟ̇bo nō venietia ꝑpter finis.ꝙ Iuue.bn̄ dixit tre mulo descēdūt clune puellę. Hora.male:q̄d pulchrę clunes. Puluis.eris.masculinū est. Hora.j.car.aut puluere troico nigrū merionē:q̄d etiā ab illo diminutiuū ↄfirmat puluisculū. Apule.ꝑ magia.tenuē.cādificū.nobilē pului sculū. Prop.tn̄.li.elegi.j.fœmininū ꝓtulit.d.sit mihi pcipue puluis ethrusca dolor. Idē li.ij.⁊ duo sint ꝟ̇sus q̄ nūc iacet horrida puluis. Torq̄s etiā:vt suo loco diximꝰ freq̄ntiꝰ fœmininū q̄ꝫ masculinū rep̄it̄. Stirps q̄ꝙ ꝑ arbore tū masculinū tū fœmininū esse testat̄ Ser.i illō.ꝟ̇g.vij.ēn.q̄rūq; a stirpe nepotes. stirpē inq̄t cū de gn̄e dicimꝰ tn̄ fœmininū est.vt Idē i eodē. heu stirpē iuisā:cū de arbore masculini ⁊ fœminini gn̄is iueni̇t. Hora. stirpes raptas et pecudes ⁊ domos. Sed de masculino.ꝟ̇gl.ij.geor.admorso signata in stirpe cicatrix. Idē li. xij. sed stirpē teneri nullo discrime sacrū. Adeps.ipis.apd̄ Celsum semp fœmininū repio.vt.v.li adipis anserinę. apd̄ Pli. ꝟ̇o semp masculinū:nisi q̄d me fallit.nunq; em̄ aliter loquit̄:nisi adeps anserinꝰ.verrinꝰ.humanꝰ.⁊ li.xxviij.admixto anse ris adipe seuoq; tauroꝝ. Scrobs.bis.ex gn̄ali regula fœmininū est. Luca. li.viij. exigua posuit scrobe. Serui.q̄ꝙ dixisse ↄtra artē a Lucano positū miror:cū etiā Oui.vij.meta.dixerit. scrobibꝰ tellure duabꝰ. ait nāq; in illō. ꝟ̇g.ij. geor.scrobibꝰ mādet mutata subactis.nos scrobes dicimꝰ gn̄e masculino:sꝫ Luca.dixit ↄtra artē.exigua posuit scro be.neq; em̄ q2 Plau.in āphy.dixit.scrobes effodito sexagenos:parū latine Lucanū Ouidiūq; dixisse putādi sunt: immo magis ex arte scrobē fœminino gn̄e ꝓtulisse. Specꝰ.penꝰ.de vtroq; satis multa i gn̄e diximꝰ. Cortex.icis. silex.icis.pumex.icis.latex.icis.rōne terminationis masculina sunt. ꝟ̇gil.raptꝰ de subere cortex.⁊ Martial. cortice deposito mollis echinꝰ erit. Iuue.nec melior silicē pedibus quę cōterit atrum. ꝟ̇g.vi.ēn. latebroso in pumice nidi. Idē in.j.ēn.laticēq; lyęū.⁊.iij.geor.latices infundere cornu lenęos. Inueniunt̄ tn̄ autores etiā gn̄e fœminino ꝓtu lisse. ꝟ̇g.in buco.musco circūdat amarę corticis.vbi Seruiꝰ ait masculino potius esse vtendū. In illud quoq; ꝟ̇g. vij.ēn.stabat acuta silex:his ꝟ̇bis scribit. pene oēs hūc silicē dixerunt.nā ⁊ Varro ⁊ Lucretiꝰ ita dicunt. Tanta ta- men est ꝟ̇gilij autoritas:vt ꝑsuadeat nobis etiā hāc silicē dici. Idē quoq; Seruiꝰ scribit in illō ꝟ̇gilij. ecce maris magni claudit nos obice pontus.meliꝰ inquit dicit̄ hic obex q̄ꝫ hęc obex. Ouidiꝰ.quas obice firmo clauserat ilia- des.sꝫ de hoc noie in defectiuis:dicet̄ atq; ea causa hic nō positum est. Eo modo Catullꝰ posuit sub genere fœmi nino pumicē:quemadmodū ⁊ Ennius laticem. Lynx preterea cū ex regula fœmininū sit:vt apud ꝟ̇gil.iij. geor. quid lynces bacchi varię. Horatius tamen in.ij.carmi.masculinum protulit dicens:nec curat orion leones aut ti- midos agitare lyncas. Et lapidis nomen.q2 sardonyx hoc genꝰ carminis nō recipit:circuitione vtitur dicēs.q̄ il- le lapillus:cuius nomē est cōpositū ex sardus ⁊ onyx.est generis dubij. Iuue.radiāt testudine densi sardonyches. Idē tamen alio loco dixit.atq; ideo cōducta Paulꝰ agebat sardonyche. Alia fortasse reperiūtur noia generis am- bigui:q̄ scriptores autoritate sua freti cōtra vsum arteq; ꝓtulerūt genere diuerso:sꝫ nos hęc tn̄ annotasse sufficiat.

Diaeresis interpretatur diuisio a diereo quod est diuido. et est quando ex vna syllaba diphthongo conglutinata duę fiunt. vt vergilius .iij. eneidos. aulai in medio libabant pocula bacchi. aulai fecit eb eo quod est aulę. Idem in .ix. diues pictai vestis et auri pro pictę. et posuit aliud exemplum ex poeta quodam antiquo. olli respondit rex Albai longai pro albę longę. Synaeresis est interpretata contractio et est conglutinatio duarum syllabarum in vnam: vt phaeton quod trisyllabicum est. M. Varro protulit dissyllabum: vt autor est Quintilianus. qui citat illius versiculum. Cum te flagranti deiectum fulmine phetõ. sic quoque dicimus di pro dei et dis pro deis et ij et ijs pro ei et eis. Verg. quoque .iij. geor. fixerit eripedem ceruam licet aut erimanthi. pro aeripedem. idest velocem quasi ventum. Episynaloepha species est synaeresis immo synaeresis: vt patet exemplo quod ponit ex .ij. eneidos. Ecce autem tellis panthus elapsus achiuum. nam ab eo quod est panthoos fit panthus hoc est duabus syllabis in vnam contractis. Synaloepha interpretatur coniunctio et est cum dictio finitur in vocali sequiturque dictio ęque incipiens a vocali: quia tunc interimitur vocalis illa prior. Et ponit exemplum ex principio li. ix. eneidos. Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur. legendumque est atq; a diuersa. hęc a quibusdam synaeresis dicitur quia vel ex duabus syllabis vna coalescit. Ecthlipsis interpretatur elisio ab ecthlibo quod est elido elidis. et est quando ex duro et aspero concursu consonantis cum vocali consonans extercenda est: et ponit exemplum ex vergilio in principio eneidos. Littora multum ille et terris iactatus et alto. pro mult ill et terris iactatus et alto. hoc est extrita .m. littera ne fiat metacismus ille de quo supra diximus. Antithesis interpretatur pro alio positio ab anti pro et thesis positio. et est quando alia littera pro alia ponitur. vt apud vergilium .j. eneidos. Olli subridens hominum sator atque deorum pro illi. hoc est .o. pro .i. Metathesis interpretatur transpositio. et est quando litterarum ordo inuertitur. vt apud vergilium li. xj. eneidos. at non euandre pudendis. pro euander. quamquam vt supra diximus euandre potest esse ab eo quod est euandrus: vt apud vergilium. tunc rex Euandrus romanę conditor arcis. quoniam omnia nomina greca terminata in bros. aut cros. aut dros: aut gros. aut pros. aut tros. possunt habere duplices recti terminationes. vt thymbros thymber vel tymbrus. teucros teucer vel teucrus. alexandros alexander vel alexandrus. meleagros meleager vel meleagrus. capros caper vel caprus. Itaque cum vergilius dixit .x. eneidos. at tibi thymbre caput euandrius abstulit ensis. vetustus ille potuit esse ab eo quod est thymbrus.

De schematis. diximus metaplasmum esse medium inter lexim et barbarismum. schema vero inter phrasim et soloecismum. Itaque restat dicendum de schemate. hoc est de figuris hoc est de vitijs quae committi consueuerunt in contextu partium orationis et sunt excusabilia ratione aliqua: sed ea vitia aut in verbis aut in sententia contingunt. itaque duo genera schematon hoc est figurarum esse dicit: quia aut sunt lexeos .i. dictionis: aut dianoeas .i. sententię. nam lexis lexeos est dictio: dianoea dianoeas sententia. sed excusat se de tractatu figurarum quae ad sententiam pertinent: quoniam illę oratorum sunt magis proprię. figuras itaque dictionis quę ad grammaticam pertinent dicit esse complures: sed ex illis frequentiores elegit. de quibus singulatim differit dicens etc. Prolepsis interpretatur presumptio. a pro ante et lepsis captio. et est quando aliquid in genere presumitur quod per partes postea explicatur. et ponit exemplum ex Verg. li. xij. eneidos. Interea reges ingenti mole latinus procedunt castris: deinde turnus: deinde eneas.

Zeugma interp̄tat̄ ꝯiūctio:ꝛ est qn̄ vnū v̄bū diuersis supposit accōmodat̄.vt v̄g.li.iij.eñ.troiugena interp̄s diuū q̄ numina phoebi.subaudi ex inferioꝛib⁹ sentis.q̄ tripodas etiā sent.clarij lauros itē accipe sentis ꝛ q̄ sydera sentis. Hypozeuxis interp̄tatur subiunctio:ꝛ est qn̄ ecōtrario zeugmatis vnū suppositum accommodatur diuersis verbis vt Vergili.lib.viij.eneid.Regem adijt.regi;memoꝛat nomenq̄ genusq̄.vtrobiq̄ namq̄ intelligit̄ eneas. Hypozeuxis aūt dr̄ ab hypo sub ꝛ zeuxis iūctio quasi sp̄es q̄dā zeugmatis. Syllepsis interp̄tat̄ ꝯceptio siue ꝯp̄hēsio.a syn q̄d est cō ꝛ lepsis captio ꝛ fit cū p vnū v̄bū supposita diuersoꝝ nūeroꝝ colligim⁹:ꝛ ponit exēplū ex v̄g.in.j.eñ.Hic illi⁹ arma hic curr⁹ fuit. nā in p̄ori ceso arma fuerūt debet subītelligi. Sed dicit Donat⁹ hāc figurā latissime patere:ꝛ ad mlt̄a se extēdere.fieriq̄ nō solū p partes orōnis:sed p accidētia partiū orōnis:imo syllepsis ꝓpe semp p accidētia partiū orōnis.vt q̄d genus masculinū ꝯcipiat foemininū.vt apollo ꝛ musa sūt docti.ego et tu sum⁹ boni.aliqñ q̄d foemininū ꝯcipiat neutrū. vt Lucan⁹.hinc leges ꝛ plebiscita coactę.aliqñ q̄d neutrū ꝯcipiat masculinū ꝛ foemininū.vt v̄ga tua ꝛ bacul⁹ tuus ipsa me ꝯsolata sunt.Aliqñ rōne affinitatis q̄d foemininū ꝯcipiat masculinū.vt vide viꝝ ꝛ foeminā honestā.ꝛ p nūeros fit plerūq̄ hec ꝯceptio:vt alijs i locis copiosi⁹ disputat̄:hoc ē vbi de figuris ꝯstructiōis agit̄.Anadiplosis est interp̄tata reduplicatio.ab ana p̄positione q̄d est re.ꝛ diplosis plicatio:ꝛ fit q̄ties seq̄ns v̄s⁹ incipit a v̄bo in q̄ desinit p̄cedēs:ꝛ ponit exēplū ex v̄g.lib.x.eñ. vrbs hetrusca solo seq̄t̄ pulcherrim⁹ astur:astur eq̄ fidēs.Anaphoꝛa ē interp̄tata relatio siue repetitio. ab ana re ꝛ phoꝛeo phoꝛo.ꝛ fit q̄ties plures v̄s⁹ ab eadē dictiōe incipiūt.ꝛ ponit exemplū ex v̄g.j.eñ. gnate meę vires ꝛc̄.Epanalepsis interp̄tat̄ repetitio ab epi.ꝛ ana ꝛ lepsis.ꝛ est v̄bū epanalābano repeto:ꝛ fit hec figura q̄ties in eodē v̄bo incipit ꝛ finit̄ v̄s⁹.vt v̄g.i calce p̄mi lib.eñ.Multa sup p̄amo rogitās sup hectoꝛe mlt̄a. Aliud q̄q̄ exēplū ponit ex.ij.geoꝛ.antea ēt sceptrū ꝛc̄.Epizeuxis interp̄tat̄ iniūctio:ꝛ fit qn̄ v̄bū iteratur nō interueniēte alia parte orōnis.ꝛ accipit exēplū ex v̄g.ix.eñ.Meme adsum q̄ feci in me ꝯuertite ferrū o rutuli.ꝛ hec figura freq̄ns est i s̄mōe familiari.ꝛ in sacris l̄ris. Paronomasia interp̄tatur denoīatio. a para.de ꝛ onoma nomē.ꝛ est qn̄ nomē de noīe aliud significāti deducit̄ nō p etymologiā s̄ p l̄raꝝ silitudinē: ꝛ ponit exēplū ex Terē.i adria.nā incoeptio inq̄t ē amētiū haud amātiū. Schesisonomatō interp̄tat̄ habitudo noīm.nā schesis est habitudo ꝛ onoma nomē:ꝛ est cū singlis sua epitheta sunt adiūcta. et ponit exēplū ex poeta.marsa manus. peligna cohoꝛs.festina virū ꝓ viroꝝ vis. Sūt aūt marsi ꝛ peligni pp̄li italię notissimi.Paromoeon iterp̄tat̄ ad sile.ꝛ fit cū plures dictiōes ab eadē l̄ra incipiūt:ꝛ ponit exēplū ex Ennio poeta. queādmodū refert Prisci.li.xij.cū disputat de ꝓnoīe.O tite tute tibi ꝛc̄. Homoeoteleutō interp̄tat̄ silr̄ desinēs.nā homoeos ē silis vl̄ silr̄ ꝛ teleutao finio:ꝛ ē quādo plures dictiōes silr̄ termināt̄ dū mō id nō fiat p cas⁹.ꝛ ponit exēplū ex aliq̄ poeta aut autoꝛe āntiquo. eos deduci q̄ relinq̄.q̄ oia v̄ba sūt silr̄ desinētia. Homoeoptotō interp̄tat̄ silr̄ cadēs ab homoeos q̄d ē silis ꝛ ptosis casus:ꝛ est qn̄ plures dictiones p casuum declinationē silr̄ desinūt. vt moerētes flētes ꝛc̄. Polyptotō interp̄tat̄ multitudo casuū.a poly multū ꝛ ptosis cas⁹:ꝛ est qn̄ diuersi cas⁹ sibi inuicē r̄ndēt ꝛ ponit exemplū ex v̄gi.iiij.eñ.littoꝛa littoꝛib⁹ ꝯtraria. Hyꝛmos interp̄tatur tractus ꝛ est qn̄ orō p lōgā v̄boꝝ seriē trahit̄ extēditurq̄:ꝛ ponit exēplū ex v̄g.vj.eñ.p̄ncipio coelū ꝛc̄.vsq̄ad locū illū sp̄s intus alit.

Zeugma est vnius verbi conclusio diuersis clausulis apte cōiuncta.vt Troiugena interp̄s diuū q numina phoebi.Qui tripodas.clarii lauros.qui sydera sentis.

Hypozeuxis est figura supiori cōtraria vbi diuersa verba singulis clausulis redduntur.vt Regē adiit.regi memorat nomenq̄ genusq̄.

Syllepsis est diuersarū clausularū p vnū verbū conglutinata cōceptio.vt Hic illius arma hic currus fuit. Hoc schema late patet:& fieri solet nō solū p partes orōnis sed p accidentia partium orōnis.Item syllepsis est in dissimilibus clausulis quādo dictio singularis verbo plurali adiungit̄.vt Sūt nobis mitia poma.Castaneae molles.& pressi copia lactis.

Anadiplosis est geminatio dictiōis q̄ ex vltimo loco p̄cedentis versus & principio seq̄ntis iteratur.vt Sequitur pulcherrimus astur:Astur equo fidens.

Anaphora est relatio eiusdē verbi p principia plurimoꝝ versuū.vt Gnate meae vires:mea magna potētia solus. Gnate p̄ris summi qui tela Typhoea temnis.

Epanalepsis est verbi in pricipio versus positi & in eiusdem fine repetitio.vt Multa sup Priamo rogitās sup Hectore multa.Et alibi.Ante etiā sceptrū dictei regis & ante impia quā caesis.

Epizeuxis est eiusdē verbi in eodem versu sine aliqua dilatione geminatio.vt Meme adsum qui feci:in me cōuertite ferrum.

Paronomasia est veluti q̄dam denoīatio.vel quoties aliud nomen efficitur de alio.vt Nam incoeptio est amentium haud amantium.

Schesisonomaton est multitudo noīm coniunctorū eodem habitu copulandi.vt Marsa manus Peligna cohors.festina virum vis.

Paromoeon est qñ ab eisdē l̄ris diuersa noīa summūtur. vt O tite tute tibi tu tanta tyranne tulisti.

Homoeoteleutō est cū sili modo dictiōes plurimę finiūt̄. vt Eos deduci quā relinq.deuehi quā deferri malui.

Homoeoptoton est:cū in cōsimiles casus exeunt diuersa verba.vt Moerētes/flētes/lachrymātes/comitātes.

Polyptoton est multitudo casuum varietate distincta.vt Littora littoribus cōtraria fluctibus vndas.Imp̄cor arma armis:pugnent ipsiq̄ nepotes.

Hyrmos est series orōnis cōtinuae tenorē suum vsq̄ ad vltimū seruans.vt Principio coelū terras camposq̄ liquentes Lucentēq̄ globū lunę titaniaq̄ astra.

Polysyntheton interpretat multitudo casuum cōposita a poly multū ⁊ synthetō compositū. et est quādo multe dictiones per coniunctiones iunguntur: ⁊ ponit exēplū ex ꝟgi. ij. ęñ. Athamasq thoasq ⁊c. Dialytō interpretatur dissolutum. a dialyo: qđ est dissoluo: ⁊ est quādo sine cōiunctionibꝰ plures dictiones eiusdē generis proferūtur. et est figura superiori cōtraria: ⁊ ponit exemplū ex ꝟgi. in. iiij. ęñ. ite ferte citi flāmas: nam plura verba iūguntur nō interuenientibꝰ cōiunctionibꝰ. A cicerone dicitur articulꝰ color: dicitur quoq hec figura a synthetō qđ interpretat incōpositū ab a particula priuatiua et theton positum: qꝛ vt diximꝰ plura verba iungūtur sine cōiunctione. Antitheton interpretatur cōtrapositū. ab anti cōtra et theton positū: ⁊ fit cū contraria cōtrarijs opponūtur: ⁊ ponit exēplū ex Oui. j. meta. vt frigida pugnabant calidis ⁊c. de hac figura dixit Persius. crimina rasis librat in antithetis. Hyppallage interpretatur submutatio. ab hyppo sub. ⁊ allage mutatio: ⁊ est cū verba ꝑ cōtrariū intelligūtur. ꝟg. iiij. ęñ. regina e speculis cum primū albescere lucē vidit. i. res oīes per lucē albescere: quoniā lux colorem non habet: sed per eam oīa colorātur. Climax interpretatur gradatio: et est quando verba repetita progrediūtur: et ponit exēplum ex ꝟgi. in buco. torua leęna lupum sequitur. lupus ipse capellam. florentem cytisum sequitur lasciua capella.

Polysyntheton est dictio multis connexa coniunctionibus. vt Athamasq thoasq pelidesq neoptolemus. primusq machaon.

Dialyton siue asyntheton est figura superiori contraria carens coniunctionibus. vt Ite ferte citi flammas date tela impellite remos.

Antitheton est contra positum: & fit quando contraria cōtrariis opponuntur. vt Frigida pugnabant calidis & humentia siccis. mollia cum duris. sine pondere habentia pondus.

Hyppallage est verborum per contrarium intellectus. vt Regina e speculis vt primum albescere lucem vidit.

Climax est subscripta gradatio. vt Torua leæna lupum sequitur. lupus ipse capellam.

De tropis.



Tropꝰ est dictio trāslata a ꝓpria significatiōe ad impropriā ornatus necessitatis ve causa. sūt aūt q̄ sequūt. Metaphora. Catachresis. Metalepsis. Metonymia. Antonomasia. Epytheton. Synecdoche. Onomatopœia. Periphrasis. Hipbatō tropus in suas species diuisus. Hiperbole. Allegoria tropus in suas species diuisus. Homœosis in suas species diuisus.

Metaphora est rerū verborumq translatio. hęc fit quattuor modis. Ab animali ad animale. Ab inanimali ad inanimale. Ab inanimali ad animale. Ab animali ad inanimale.

Ab animali ad animale. vt Tiphyn aurigā celeres fecere carinæ. Nā auriga & gubernator nauis animā habēt.

Ab inanimali ad inanimale. vt Vt pelagus tenuere rates. Nam naues sicut & rates animam non habent.

Ab inanimali ad animale. vt Atlantis cinctū assidue cui Piniferum caput & vento pulsatur & nubibus atris. imbri. Nam mons animam non habet: cui membra hominis attribuuntur.

Ab animali ad inanimale. vt Si tātū in pectore robur cōcipis. Nā robur animā nō habet: cum turnus cui hæc dicūtur animā habebat. Scire aūt debemꝰ alias metaphoras esse reciprocas. alias autem esse partis vnius.

Catachresis est vsurpatio nominis alieni. vt parricidā dicimus qui occidit fratrem: & piscinam quæ pisces nō habet. Hæc enim vnde extrinsecus sumerent vocabulum suum: non haberent.

De tropis.

Metaplasmus vt diximꝰ excusat vitiū in vna dictiōe. schema in cōtextu partiū oratiōis. tropus vero nullū excusat vitiū quin potiꝰ cōtra virtꝰ quędā est. vnde a Quintiliano definit. Tropus est verbi vel sermonis a ꝓpria significatione in aliā cū virtute mutatio. Nā qđ donatꝰ dicit causa necessitatis: illud est quādo nō habemꝰ vocabulū propriū quo rē de qua loquimur efferamꝰ. Ornatus vero cū verbū translatū significātiꝰ dicit rē q̄ proprium. Et subdit species tropi quas singulatim ꝓsequtur. Metaphora interpretat trāslatio. a meta trans ⁊ phoreo phoro. cuiꝰ subdiuidit rursus quattuor species secundum quattuor modos quibꝰ cōtingit fieri translationē. Quorū primꝰ est quoties fit trāslatio a verbo significanti animal ad verbū quoq animal significās vt tiphyn aurigā celeres fecere carinę. aurigā ponit pro gubernatore cū auriga sit homo q̄ regit currꝰ hoc est bigas aut quadrigas. gubernator ꝟo ꝓprie sit q̄ naues regit moderaturq sed vterq homo est. ergo trāslatio ab animali ad animale: sed cuiꝰ autoris sit hic versus non liquet mihi. Ab inanimali ad inanimale fit trāslatio. vt si rates qđ significat lignorū struē ponatur ꝓ naui. vtrūq nāq inanimatū est. ⁊ ponit exēplū ex. v. ęñ. vt pelagꝰ tenuere rates nec ampliꝰ vllę. Ab inanimali ad animale vt cū atlas sit mauritanię mons dat illi Verg. caput. humeros. mētum. quę sunt animaliū mēbra. versus sunt illiꝰ ex. iiij. ęñ. Ab animali ad inanimale. vt ꝟgi. xj. ęñ. si tātū in pectore robur cōcipis. Nā robur arbor est anima carēs. Scire aūt debemus q̄ metaphorę q̄dā sunt reciprocę. vt q̄ ęquor ponat pro cāpo et cāpus pro ęquore: aut altū pro ꝓfundo: ⁊ ꝓfundū ꝓ alto: ⁊ pubertas pro flore: et flos pro pubertate. Alię sunt metaphorę partis vnius. idest nō reciprocę: sed alteriꝰ tantū partis cuiusmodi sunt superiores. Catachresis interpretatur contra vsum. ⁊ est quoties ponitur verbū ꝓ eo qđ ꝓprie nō significat. vt ecce parricida ꝓprie significat parentū interfectorem. quod si quis dixerit fratricidā parricidā improprie dixit. Preterea piscina dicitur stagnum pisciū receptaculū

Metalepsis est dictio pergens gradatim ad id quod ostẽ-
dit: vt Speluncis abdidit atris: Hoc metuens. Et post
aliquot mea regna videns mirabor aristas.

Metonymia est dictio quædam veluti transnominatio.
Huius autem multæ sunt species. aut per id quod cõ-
tinet id quod continetur. vt nunc pateras libate ioui.
aut contra. vt crateras magnos statuunt & vina coro
nant. aut pro inuentore quod inuentum est. vt sine
cerere & libero friget venus. aut contra. vt vinumqȝ
precamur. nãqȝ hic deus adest præsens. hæc exempli
causa posita sunt addiscẽtibꝰ. reliqua mõstrabit lectio.

Antonomasia est significatio vice nominis posita: quæ
fit tribus modis: ab animo. vt magnanimus anchi-
siades. a corpore. vt ipse arduus polyphemus. extrin-
secus. vt infœlix puer atqȝ impar congressus achilli.

Epitheton est suppositio dictionis cũ proprio nomine.
Nam antonomasia vicẽ nominis sustinet. epitheton
nũquam est sine proprio nomine. vt dira celeno. dia
camilla. Fit etiam tribus modis: ab animo. a corpore
extrinsecus. his duobus tropis. vel vituperamus. vel
ostendimus. vel laudamus.

Synecdoche est significatio pleni intellectus capax: cum
plus minus ve pronunciat. aut enim a parte totũ ostẽ-
dit. vt pubesqȝ tuæ pubesqȝ tuorum. Aut contra par-
tem a toto. vt ipsius ante oculos ingens a vertice pon
tus in puppim ferit. & alibi fontemqȝ ignemqȝ fere-
bant. Meminisse autem debemus quando fit a parte
totum faciendum esse ab insigniori parte.

Onomatopeia est nomen de sono factum. vt clamorqȝ
virum clangorqȝ tubarum. Tinnitus æris. Atqȝ leuem
stipulam crepitantibus vrere flammis.

Periphrasis est circumlocutio quædam quæ fit aut or-
nandę rei causa quæ pulchra est: aut vituperãdæ quæ
turpis est. vt & iam prima nouo spargebat lumine ter

quod si quis posuerit pro loco vbi nõ sunt pisces catachresticos dixit. Deinde dicit huiusmodi improprietates venire in vsum propter necessitatẽ qm̃ non habemus propria vocabula quibus rem illã significemꝰ. Metalepsis interpretatur trãsumptio. a meta quod est trans & lepsis acceptio. & est cũ aliqua dictio aliud a sua propria significatione designat ex ijs quę precesserunt & sequuntur: et ponit exemplũ ex Vergilio primo en. Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris &c. pro cauernis et receptaculis siue domibus/ab atris enim spelunce nigre intelliguntur. et ex nigris tenebras habentes. & ex buc. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas pro annos. neqȝ enim ex iunctura aliud potest significare arista. Metonymia interpretatur trãsnominatio. a meta trans. et onoma nomen. et est quando vna dictio propter affinitatẽ quam habet cum alia ponitur pro ea: & quia hoc pluribus modis contingit subiũgit illius plures species. quarum prima est cũ continens ponitur pro cõtento. Vergi. v. en. nunc pateras libate ioui. neqȝ enim patera libatur: sed vinũ quod in patera cõtinetur: aut econtrario cũ contentum ponitur pro continenti. Vergi. j. en. Crateras magnos statuũt & vina coronant: neqȝ enim vina coronantur: sed paterę in quibꝰ vinum cõtinetur. Est preterea metonymia. cũ inuentor alicuius rei ponitur pro illa re cuius fuit inuentor. vt apud Terentiũ in eunucho. sine cerere & libero friget venus. quod videlicet ceres fuit inuentrix frumenti. bacchus vini. venus dea est amorũ et coitus. aut ediuerso cum rem ipsam pro inuẽtore ponimus. vt qui dixit vinũqȝ precamur pro bacchũ. ideo subdit nãqȝ id deꝰ adest presens. Est etiã metonymia cum efficiens pro effectu ponitur vt tenebras explorat inertes et contristat frigore coelũ. cũ preterea materia ponitur pro re que fit ex illa materia vt Vergi. ij. en. ferro accincta tenet. Antonomasia interpretatur ꝓ nomine. ab anti pro et onoma nomen. hoc est quod vice nominis proprij ponitur. et ponit tres illius species. Ab animo. vt magnanimus anchisiades pro eneas per excellẽtiam magnitudinis animi. quod est bonũ animi. A corpore. vt Vergi. iij. en. Ipse arduus. s. polyphemus. qui alijs prestabat cyclopibꝰ proceritate corporis. qđ est bonũ nature. Extrinsecus vt infoelix puer. i. infortunatus ꝓ Troilo ponit. & erat a bonis externis qualia sunt bona fortunę. Epitheton interpretatur appositio siue adiectio quo nomine greci appellant nomen adiectiuũ. Latini vero epitheton vocant adiectiuum quod additũ nomini ꝓprio vt dicit Donatus aut etiã nomini substãtiuo exprimit aliqd propriũ et inseparabile. et ponit ex Vergi. exẽplũ ex. iij. en. quas dira celeno harpyeqȝ colunt alie. & alibi dia camilla: & dicit fieri tot modis quot antonomasia. hoc est a bonis animi. a bonis fortune. a bonis nature. Vnde oratores cõsueuerunt sumere locos laudandi et a contrarijs vituperandi et iudicandi vt Diomedes inquit. Synecdoche interpretatur comprehensio. Cicero intellectionem vocat. et accipit hic synecdochen pro figura locutionis. nam de figura constructionis alibi disputatũ est. Sed cũ plus minꝰ ve significant verba quã intelligimus fit aut accipiendo partem pro toto aut pro parte totum. & ponit exemplum quo ponitur pars ꝓ toto ex pri. eneid. Pubes tuorum pro iuuẽtus: cum etiam essent viri senes et pueri. non tantum puberes. Ex eodem quoqȝ libro ponit exemplum quo ponitur totum pro parte. vt ingens a vertice pontus. Nam pontũ posuit pro vnda ponti. et illud ex vergi. iij. en. fontẽqȝ ignemqȝ ferebant. neqȝ enim ferebant fontẽ sed partem aquę fontanę. Sed cũ in parte totũ intelligimus dicit debere intelligi in parte illa multũ totius illius partis. Onomatopeia interpretatur nominis fictio. nã componitur ex onoma qđ est nomen. & poeo facio vel fingo. fit autem maxime cum ex sono vocis nomina fingimus. et ponitur exemplũ ex Vergi. xj. eneid. it coelo clamorqȝ virũ clangorqȝ tubarũ. nã clamare a sono vocis in homine: & clãgere a sono tubarũ facta sunt. Tinnitus quoqȝ eris dicit quod erea vasa tinniãt pulsata crepitare quoqȝ fictũ est a sono vocis. vt Vergi. pri. geor. atqȝ leuẽ stipulã crepitantibus vrere flãmis. Periphrasis interpretatur circuitio siue circũlocutio. a peri circũ & phrasis locutio. & fit quoties ornande rei causa vtimur exaggeratione de

ras. Titoni croceum linquens aurora cubile. & hoc faciunt nimio ne luxu obtusior vsus sit genitali aruo & sulcos oblimet inertes.

Hyperbaton est transcensio quædam verborum ordinem perturbans cuius species sunt quinq;. Hysterologia siue hysteron proterō. Anastrophe. Synchesis: Parenthesis. Temesis.

Hysterologia siue hysteron proteron est sententiæ cum verbis ordo mutatus. vt & cererem corruptam vndis torrere parant flammis: & frangere saxo.

Anastrophe est verborum tantum ordo præposterus. vt italiam contra pro contra italiam.

Parenthesis est interposita formatio diuersæ sententiæ. vt æneas (neq; enim patrius cōsistere mentem passus amor) rapidum ad naues præmittit achatem.

Temesis est vnius compositi vel simplicis sectio vna dictione vel pluribus interiectis. vt Septē subiecta trioni. & saxo cere comminuit brum. Et massili portant iuuenes ad littora tanas. pro cerebrū & massilitanas.

Synchesis est hyperbaton obscurum & ex omni parte confusum. vt tris notus abreptas in saxa latentia torquet: saxa vocant itali mediis quæ in fluctibus aras. Est autem hic ordo. tris naues abreptas notus torquet in saxa: quæ saxa in mediis fluctibus latētia itali vocant aras.

Hyperbole est dictio fidem excedens augendi minuēdi ve causa. augendi vt niue candidior. minuendi. vt tardior testudine.

Allegoria est tropus quo aliud significatur: & aliud dicitur. vt Et iam tempus equum fumantia soluere colla. hoc est carmē finire. Huiusmodi species multæ sunt ex quib⁹ septē eminēt. Ironia. Antiphrasis. Aenigma. Charienthismos. Parœmia. Sarcasmos. Astysmos.

Ironia est tropus qui per contrarium conatur ostendere quod dicit. vt egregiā vero laudem & spolia ampla refertis tuq; puerq; tuus. Hæc vbi grauitas pronunciā=

eadē re plura verba inculcādo. et ponit exemplū ex libro. iiij. eñ. et iam prima nouo ⁊c. pro eo qđ satis erat dixisse et iam aurora illustrabat terras. ⁊ eodem modo causa vituperandę alicui⁹ rei vtimur circuitione. i. longo verborū ambitu: sed non ponit exemplū huius speciei: sed alterius hoc est quādo rem turpem obscœnāq; circuitiōe significamus. vt Vergilius. iiij. geor. hoc faciunt ⁊c. et est sensus q̄ equabus subducitur pastus cibusq; ne pinguescant quo tēpore admittere debēt equos ad fœtus procreandos. quod fit ne meatus excipiendi seminis obturētur pręe pinguedine: vtiturq; translatiōe sumpta ab agro qui semine spargendus est cuius sulci debēt esse aperti ⁊ resoluti. Hyperbaton interpretatur transcensio ab hyperbeno quod est transcendo: et fit quotiens in longiori clausula verborum structura non habet ordinē explicitum qui possit facile sensum prēseferre. et ponit illius quinq; species quas deinde prosequitur singulatim. Hysterologia interpretatur posterior sermo vel verbum. hysterō proteron interpretatur prius posterius. ⁊ est quoties quę oratio debuit postponi pręponitur: ⁊ econtrario quę preponi postponitur: ⁊ ponit exēplum ex primo eneidos ⁊ torrere ⁊c. Prius enim fruges erant frangendę saxo. i. molendę ⁊ in farinam resoluendę: ⁊ deinde torrēdę flammis. i. furno inferendę vt coquerentur. Anastrophe interpretatur inuersio ab ana re: ⁊ strophe conuersio. ⁊ est quando dictio quę debuit pręponi postponitur et ediuerso: differtq; ab hysterologia quod illa in ordine pręposterò duarū aut plurium orationū est hęc vero in duobus aut tribus verbis: ⁊ ponit exemplum ex principio eneidos. Italiam contra pro contra italiam. Parenthesis interpretatur interpositio. a para ⁊ en qđ est inter ⁊ thesis positio. et est quoties in aliqua clausula interponitur aliquid extraneum vt Vergi. j. eñ. Aeneas rapidū ad naues pręmittit achatē: ⁊ interposuit. neq; enim amor patrius passus est mentē consistere. i. quiescere. Temesis interpretatur sectio siue incisio: a temno quod est incido: ⁊ fit quoties dictioni cōpositę diuisę in partes cōponentes interponūtur: aut vnū aut plura verba. vt illud est boreę regio septem subiecta trioni. pro eo quod est subiecta septētrioni. antiqui nō modo dictiones cōpositas ad hoc officiū diuidebant: sed etiam integras. vt qui dixit saxo cere cōminuit brum. pro comminuit cerebrū interiecta vna particula cōminuit: ⁊ quod sequitur. Massili portant iuuenes ad littora tanas. p eo quod est portant iuuenes ad littora massilitanas subaudi prędas: interpositis pluribus verbis hoc est portant iuuenes ad littora. Sinchesis interpretatur cōfusio. a syn con ⁊ chesis cōfusio. atq; vt dixit Donatus est hyperbaton hoc est oratio ex omni parte cōfusa. ⁊ ponit exemplū ex primo ęneiđ. Tris notus abreptas ⁊c. nā vt dicit ordo est. Tris naues abreptas: ⁊ notandū est in ordine ab accusatiuo posse incipi: vt frustra grāmatici nescio quas ordinis regulas tradiderint. Hyperbole interpretatur trāscensus. ab hyper trans: et bole scansio: diciturq; fieri augendi aut minuendi causa. Augendi. vt Vergili⁹ in bucolicis. Cādidior cignis hedera formosior alba. Minuēdi. vt quod quispiam dixit tardior testudine: quia testudinis incessus tard⁹ est. vnde Plaut⁹ in aulularia testudineum illum grandibo gradum. Allegoria interpretatur aliena locutio. ab alleos quod est varius siue diuersus. ⁊ est quando id quod dicimus aliud est q̄ quod volumus intelligi. vt Vergilius in calce. ij. georgi. et iam tempus equum fumantia soluere colla. per equum nāq; intelligimus ingenium. vt Iuue. per quem magnus equos arunce flexit alūnus: idest exercuit ingenium per colla fumantia. i. pręe sudore exhalātis laborem operis componēdi finire. ⁊ subdit allegorię septem species de quibus singulatim dictur⁹ est. Ironia interpretatur simulatio vel dissimulatio quoniam ironeuome est dissimulo siue cauillor. aris. ⁊ est quando id qđ dicimus per contrariū volumus intelligi: ⁊ in hoc cum suo genere concordat: sed differt in eo quod in ironia est simulatio quedā cauillatoria. vt Juno apud vgi. iiij. eñ. ad venerē. Egregiam vero laudē ⁊c. q. d. non est

magna laus ꝙ tu et filius tuus qui estis duo magna numina per dolos decepistis vnam fœminā. Itaq; si quis grauitate quadam pronunciauerit dicta ironice: verborum sensus in contrarium vertitur. Antiphrasis interpretatur contraria locutio. ab anti quod est contra. et phrasis locutio: et est quando in vno verbo subest contrarium eius quod dicitur: cum ironia sit in pluribus verbis vt bellus quod est diminutiuum a bonus.a.um. vnde dicit bellum per contrarium quod non est bonum. et lucus qui est silua condensa per contrarium dicitur a luceo. ces. qr ex arborū opacitate minime lucet. Aenigma interpretatur obscuritas sermonis ab enittome quod est obscure loqui. ⁊ ponit exemplum illius qui induxit niuem loquentē mater me genuit ⁊c. et illud cleobuli lindij: est vn⁹ genitor nati bona pignora bis sex. triginta cui⁹ nati sed dispare forma. significat nāq; annum habere duodecim mēses quorum quilibet habet dies triginta totidēq; noctes. Charientismos interpretari potest gratiositas. a chareis. entos. quod est gratiosum. ⁊ est quando id quod durum dictu esset mitiorib⁹ verbis temperamus vt si sacrilegum furem dicam⁹ et eum qui sit strabo poetam. et ponit exēplum. vt si quis dicat quęsiuit ne me quisq;: ⁊ respōdeat quis huic interrogationi bona fortuna: cum debuisset respōdere nemo te quęsiuit. Paroemia interpretatur prouerbiū ⁊ est sententia longa vsu comprobata ⁊ experta: ad id quod volumus efficiendum vsurpata. vt terētius in phormione: aduersus stimulum calces subaudi non iacias. Idē quoq; in adelphis. lupus est in fabula. quo significatur tacēdum esse: quoniam is de quo erat sermo aduentat. Sarcasmos interpretatur derisio non quęcūq; sed ea quę a capitali odio proficiscitur. Qualis est illa ex euāgelio: vah qui destruis templum dei ⁊ in triduo illud reędificas. deriuaturq; a sarx sarcos quod interpretatur caro: quod qui ea vtitur vitam petit illius in quem inuehit. Vergi. xij. ęn. En agros. ⁊c. Iacens igitur. i. mortuus metire agros: et hesperiam cadauere scilicet strato terram premēdo. Astysmos interpretatur vrbanitas quoniam astys est vrbs. dicitq; Donatus hunc tropum multipliciter patere: vt quicqd vrbaniter dicatur astysmo fiat. vt sunt illę facetię de quibus Iuue. Et salibus vehemens inter pomeria natis. Vergi. in buco. Qui bauiū non odit amet tua carmina meui: cum vterq; sit pessimus vir. atq; alter illorū malus poeta: sed quod sequitur magis spectat ad vrbanitatē scilicet quod iungat vulpes more puerorum qui plostello adiungunt mures. vt dicit Horatius. Et mulgeat hircos vnde non magis possis expectare lac quam ex gallo gallinaceo. vt inq̄t Plinius. Homoeosis interpretatur similitudo. et est quoties minus notum comparatione ⁊ similitudine magis noti demonstramus. cuius tres subdit species: quas ordine prosequitur. Icon interpretatur imago siue similitudo. et est quoties res eiusdem generis comparantur. vt Vergilius. j. eneid. os humerosq; deo similis. quoniam pulchritudo enee assimilatur pulchritudini alicuius dei. cum deus ⁊ homo secundum epicurum maxime membrorum similitudine teneantur. Parabola interpretatur comparatio. et est quoties res diuersorum generum inter se comparantur. vt cum Vergi. li. ij. ęneid. comparat Laocoonta tauro sacrificando qui excussit ex ceruice ictum sacerdotis impacta securi in collum. Estq; sensus ꝙ talis erat laocoontis mugitus et clamor qualis taurus ⁊c. Paradigma. atos. interpretatur exemplum quod solet accommodari dictis et factis. idq; vt dicit hortandi aut deterrendi causa. hortandi. vt Vergi. j. ęneid. Antenor potuit medijs elapsus achiuis. q. d. antenor potuit ex medijs hostibus in italiam venire: et ęneas qui antenore potior atq; melior est non poterit? Dehortantis deterrentisq; vt idem Vergi. vij. ęneid. At non sic phrygius ⁊c. et est sensus ꝙ ęneas sic venit in italiam vt raperet lauiniā: quemadmodum paris lacedęmoniam vt raperet helenam.

tis adiuuerit confiteri videbitur quod negare intēdit.

Antiphrasis est vnius verbi ironia. vt bellū quod minime bellum est. & lucum quod minime lucet.

Aenigma est obscura sentētia p obscurā similitudinē rerum. vt mater me genuit eadē mox gignitur ex me: significat enim aquam in niuem conuerti: & ex eadē rursus effluere.

Charientismos est. quo dura dictu gratius proferuntur. vt interrogantibus nobis nunquis nos quæsierit responsum detur bona fortuna. exinde intelligitur neminem nos quæsisse.

Parœmia est accōmodatū rebus temporibusq; prouerbiū vt aduersus stimulū calces: & lupus est in fabula.

Sarcasmos ē plena odio atq; hostilis derisio. vt en agros & quam bello troiane petisti Hesperiā metire iacens.

Astysmos est tropus multiplex numerosæq; virtutis. Nam astysmos est quicquid rustica simplicitate caret & faceta satis vrbanitate exponitur. vt qui bauium non odit amet tua carmina Meui, atq; idē iungat vulpes & mulgeat hircos.

Homœosis est minus notæ rei per similitudinē eius quæ magis nota est demonstratio. Huius autem tres sunt species. icon. parabola. paradigma.

Icon est personarum per se vel eorum quę personis accidunt comparatio, vt os humerosq; deo similis.

Parabola est rerum genere dissimilium comparatio. vt qualis mugitus fugit cum saucius aram taurus: & incertam excussit ceruice bipennem.

Paradigma est exempli hortantis vel deterrentis enarratio. Hortantis. vt antenor potuit mediis elapsus achiuis illyricos penetrare sinus. Deterrentis, vt At nō sic phrygius penetrat lacedæmona pastor. Ledæamq; helenam troianas vexit ad vrbes.

¶ Finis libri quinti.

¶ Differētie excerpte ex Laurentio Valla ab Antonio Nebrissensi.

De littera. A.



Abstinentia est a reb⁹ alienis cohibitio.
Cōtinētia est tm̄ a ꝓprijs voluptatib⁹.
Abdico filiū.i.viuens a bonis expello.
Exheredo filiū.i.testamēto a bonis ꝓhibeo.
Acus ē q̄ sarcinatores vestes sarciūt.
Acicula ꝯo q̄ mulieres vtūt ad ornatū.
Abhorreo ab oī humanitate.i.alien⁹ sū.
Exhorreo inimicos.i.illos pertimesco.
Accessus est aditio siue appropinquatio.
Accessio est adiectio siue incrementum.
Actio causarum recte dicitur ⁊ non actus.
Actus comœdiarū recte dicitur et non actio.
Acta et actus sunt rerum priuatarum ⁊ familiarium.
Gesta sunt rerum publicarum ⁊ magistratuum.
Actor est causidicus ⁊ alicuius rei repręsentator.
Auctor est vt ita loquar alicuius rei factor.
Acini sunt grana in vnum racemum coeuntia.
Baccę vero cū sint parua poma dispersi⁹ nascuntur.
Aceruus est minutarum rerum congeries. vt salis.
Strues est proprie lignorum compositorum.
Strages est cadauerum iacentium multitudo.
Sarcina est vtensilium: quę ad cultum pertinent.
Accola est qui iuxta locum habitat. vt accola ponti.
Incola est qui in loco habitat. vt incola montis.
Inquilinus est qui in aliena domo vel agro habitat.
Accusare est ostendere aliquem peccauisse.
Incusare vero est mores alicuius reprehēdere.
Excusare est excusationem accusanti facere.
Adeo pro in tantum sequenti particula vt.
Adeo pro valde non sequenti particula. vt.
Aduocatus est qui alteri adest vtcūq3 illi faueat.
Patronus est. qui agit causam maxime accusati.
Cliens vero est. cuius causa a patrono defenditur.
Adorare fit etiā sine verbis cum genuum plicatione.
Supplicare fit sine genuum plicatione sola voce.
Addicere est in auctione aliquid vendere.
Liceri et licitari est precium in auctione facere.
Adsum idest pręsens vel prope sum.
Adsum tibi.i.studeo et patrocinor tibi.
Aduersor tibi idest contrarius tibi sum.
Auersor te.i.vultum auerto a te.quem detestor.
Aduerto oculos.i.aliquo oculos conuerto.
Auerto oculos.i.alicunde oculos conuerto.
Admoueo manum vulneri.i.appono et applico.
Amoueo manum a vulnere.i.remoueo.
Ad votum mihi euenit.i.vt ego optabam.
Ex sententia mihi euenit.i.vt ego intelligebam.
Adulterium est quod in nuptam committitur.
Stuprum est coitus contra legem violentus.
Aedes i singulari ⁊ i plurali ē tēplū et semp addit cui⁹.
Aedes in plurali domum profanam significat.
Aestimare est taxare. quod dicunt appreciare.
Extimare est considerare. Extimare iudicare.
Aequalis est ⁊ ęquus et coetaneus.
Aequabilis est ęqualis in priori significatione.
Aedilis est. qui ędilitatem administrat.
Aedilicius vero. qui ędilitate persunctus est.
Affectus siue affectio est in animo. quod mens non est.
Mens vero siue ratio in aīo est. qđ affectus non est.
Afficio te iniuria.i.facio tibi iniuriam.
Afficio te beneficio.i.facio tibi beneficium.
Agitur mecum pręclare.i.bona conditione sum.
Agitur mecum male.i.malo statu sum.
Actum est semper in malam partem accipitur.
Agere gratias est verbis gratitudinem ostendere.
Habere gratiam vel gratias est in animo.
Referre gratiam. est re ipsa beneficium dissoluere.
Aguntur animalia a sessoribus ⁊ instigatoribus.
Ducuntur illa. quę sponte ducem sequuntur.
Trahuntur quę per vim ⁊ raptando portantur.
Portare est ferre ⁊ suo corpore baiulare.
Vehi est equo. naui. curru. ⁊ similibus.
Agere p̄ter alias significationes est rerū immanentiū.
Facere est rerum in materiam exteriorē exeuntium.
Age aduerbium cum singulari iungitur.
Agite cum plurali. Agedū cum singulari ⁊ plurali.
Ager modo est territorium vrbi circumiectum.
Ager etiam est locus quem ruri colimus.
Aruum est quod frumento seritur ab arando.
Fundus est agri pars. vt vinea. oliuetum. pratum.
Prędium est possessio rustica siue vrbana.
Campus est planicies terrę ampla ⁊ grandis.
Area est planicies angustior in agro vel vrbe.
Aliquantisper ⁊ paulisper ad breue tēpus pertinet.
Tantisper ꝓ in tantū postulat adiūgi dum ꝓ donec.
Alter de duobus dicitur. aut de secundo loco.
Alius de pluribus dicitur. ⁊ quandoq3 pro diuersis.
Albani ex oppido Alba in latio dicuntur.
Albenses. ex oppido alba ad fucinum lacum.
Alumnus non qui alit. sed tantum qui alitur.
Ambitio in animo est eius qui cupit honores.
Ambitus in actu eius qui pecunijs honorē habuit.
Amor ad omnes res pertinet. vt amor vini ⁊ vxoris.
Charitas ad homines tantum pertinet.
Caritas est penuria. quam indocti caristiā dicunt.
Amare est cum affectu ⁊ vehementissime.
Diligere est cum ratione ⁊ remissius.
Adamare est amatorie aliquid amare.
Amicus honesta res est. vnde est amicicia.
Amica si ad virum referatur inhonesta res est.
Amator qui modo amatorio amat.
An particula coniunctio est per quam interrogamus.
Aut cōiunctio quoq3 est. sed per eā nō interrogam⁹.
Annuū tempus est. quod per anni spacium durat.
Annuū festum est. quod semel in anno contingit.
Ante hac legi.i.ante hoc tempus legi.
Post hac legam.i.post hoc tempus legam.
Antiqui dicuntur ⁊ senes ⁊ veteres.
Senes dicuntur quantū ad ipsorū vitam priuatam.
Veteres dicuntur q̄ alia ętate vixerunt.
Appeto cum affectu qualiacūq3 illa sunt.
Expeto tantum honesta. vt virtutes.
Apparare ad pompam tantum pertinet.
Pręparare vero est aliquid ante parare.
Apparere alicui est illi ministerium exhibere.
Apud me est liber personam ⁊ locum significat.
Penes me est liber. personam ⁊ dominium.
Argutus est. qui est acuta quadam solertia.
Argutus est sonorus: argutus quoq3 breuis.
Armiger est: qui domino arma in pręlio ministrat.
Armatus: qui armis ad pugnam instructus est.
Arcere est prohibere ac vetare: vnde arx dicitur.
Abigere est a loco fugare: vnde abactores ⁊ abigei.
Assurgere alicui est in honorem illius surgere.

Surgere est quocūqꝫ modo se erigere.
Assentari est falso laudare vtilitatis gratia.
Adulari vero est inseruire vt honorem mereamur.
Blandiri quāqꝫ est tactus: ad animum transfertur.
Asciscere est remotum aliquid capere.
Conciscere semper mortem desiderat.
Desciscere est ab imperio alterius se subtrahere.
Asserere est affirmare ꝛ in libertatem vindicare.
Asseuerare est vim atqꝫ animi motum addere
Autem coniunctio postponitur huic negationi non.
Uero postponitur his.neqꝫ.tum. sane.iam. enim. at.
Ausculto te dicimus sicut ꝛ audio te.
Ausculto tibi est obtempero tibi.
Audiens sum te tantum valet quantum audio te.
Audiens sum tibi non audio tibi:i.obediens sum.
Auis est quę parit oua pennisqꝫ prędita est.
Uolucris est quęcūqꝫ volat.vt Apis.Culex.

De littera.B.

Barba vt inquit Seruius est hominum.
Barbę vero in numero plurali quadrupedum.
Mentum vero est ipsa barba pilorumqꝫ sedes.
Benefactor est qui cuipiam benefacit.
Beneficiarius.in quem beneficium collocatur.
Bene aliquādo accipitur pro valde.vt bene doctus.
Male aliquando accipitur pro non vt male sanus.
Bellum est totum tempus quo in militia sumus.
Prelium ipsum tantum armorum certamen.
Pugna etiam citra arma fit solis verbis.
Beatus est qui omnib⁹ rebus ad vitę vsum abundat.
Foelix qui omnium bonorum compos est.
Bonum genus est ad vtile iucundum ꝛ honestum.
Bonitas vero idem est quod benignitas.
Bractea tenuis est ꝛ sua sponte plicatilis.
Lamina vero crassior.vt ex qua arma fiunt.
Bucca pars illa est quę inflatur.vt in cornicine.
Mala est rotundum illud.quod est supra buccam.
Gena tum oculorum tegmen est tū malā significat.
Cilium est ambitus genarum.vnde supercilium.

De littera.C.

Cedo tibi ꝛ concedo tibi.i.non repugno tibi.
Cędo cecidi te.i.percutio ꝛ occido.
Catuli sunt ferarum quę ferę ex raptu viuunt.
Pulli vero cicurum.vt asini ꝛ equi ꝛ auis.
Foetus generalius est.vnde foetificare ꝛ foetura.
Capitale odium.quod ꝛ caput ꝛ vitam alterius petit.
Capitale vitium propter quod peccans puniatur.
Capere est sponte vel non sponte accipere.
Sumere est vltro ꝛ non sponte aliorum capere.
Captare est velle capere ꝛ insidias parare.
Candet dicit Marcellus.quod ignitum est.
Candet etiam quod candidum ꝛ album est.
Causari est causam rei gestę afferre in accusationem.
Causare nunqꝫ apud idoneos inuenitur pro efficere.
Caupona est taberna vbi vinum venditur.
Caupona quoqꝫ mulier quę vinum vendit.
Calūniari dicit Martianus est falsa crimina intendere.
Pręuaricari dicit Uulpian⁹ causas aduersarijs dare.
Ceruix in singulari est posterior colli pars.
Ceruices in plurali pro superbia ponuntur.
Collum omnes partes in solidum complectitur.
Iugulus est anterior colli pars.vnde iugulare.
Celebris passiue ponitur.vt locus ꝛ homo celebris.
Frequens actiue et passiue.vt vrbs et senatus.
Cęlebs est qui non duxit vxorem legitimam.
Maritus est qui vxorem per leges accepit.
Certum est modo accipitur pro manifestum est.
Certum est pro deliberatum est iungitur infinitiuo.
Censor est qui in administratione censurę est.
Censorius est qui perfunctus est censura.
Circunstare pro eo quod est circundare.
Circumsistere pro eo quod est circumuenire.
Circiter frequentissime ad numerum refertur.
Refertur quandoqꝫ ad tempus et ad locum.
Continuo.Protinus.Statim notum est quid sint.
Quod si additur negatio.valet pro non ideo.
Cōmeat⁹ in singulari est licētia vt ita dixerim ad tēp⁹.
Cōmeat⁹ i vtroqꝫ nūero est alimēta publica ꝛ pūata.
Commendo te regi.i.committo te.
Commendo te apud regem.i.laudo te.
Commentarius est in quo res nudę scribuntur.
Libri sunt.in quos autorum opera diuiduntur.
Uolumen est minus quam liber.
Concilio amorem dicimus:sed non gratiam.
Inimus gratiam:sed non inimus amorem.
Reconciliare ꝛ in gratiam redire idem.
Conciliamus nouos amicos. Recōciliam⁹ veteres.
Comitari est minores maioribus comitatum pręstare.
Affectari est comitatum alicui pręstare quocūqꝫ modo.
Deducere est aliquem de illius domo comitari.
Reducere est illum vsqꝫ in domum comitari.
Coenaculū est pars domus superior ad quoscūqꝫ vsus.
Coenatio est locus inferior ad coenandum.
Comes est qui alterius ductum sequitur vtcūqꝫ.
Socius est in negocijs serijs rebus et laboribus.
Sodalis est in leuioribus ꝛ iocosis ꝛ voluptarijs.
Comis est benign⁹ et q̄ alijs īseruit: q̄ festiu⁹ dicitur.
Collis est monticulus separatus siue pars montis.
Iugum est:vt sic dicam ipsius montis arduitas.
Cliuus est eadem arduitas sed clemens.
Promontorium est mons in mare prominens.
Coxa est pars supra femora vertebrūqꝫ ipsum.
Femora partem cruris exterioris significant.
Femina partem interiorem molioremqꝫ tantum.
Copia in singulari est facultas:ꝛ iungitur do ꝛ facio.
Copia quoqꝫ est abundantia.vt vini olei.
Copię in numero plurali est exercitus.
Condictio est denunciatio siue actio in personam.
Conditio vero fortunam dicit ꝛ ordinem.
Corpus in nobis viuentibus est.vnde corpulentus.
Caro est cadaueris quę et pulpa dicitur.
Consolor ꝛ consolatio verbis fit in alicuius calamitate.
Solor ꝛ solatium rebus ipsis fit in alterius egestate.
Solamen magis est poeticum q̄ꝫ oratorium.
Corporeum est existens in materia corporea vt lapis.
Corporale est existēs ex materia corporea vt dom⁹.
Complodere est manus illisas inuicem collidere.
Explodere est cum sonitu e manibus eijcere.
Supplodere est pedem terrę incutere.
Cordi est mihi ire aliquo.i.placet mihi ire.
In animo est mihi ire aliquo.i.constituo ire.
Compertum est ꝛ exploratum est mihi.i.scio.
Constitutum ꝛ deliberatum est mihi.i.decreui.
Consulto te.i.consilium peto.vnde consultor.
Consulo tibi.i.consilium do.a quo est consultus.
Conuenit mihi.i.decens ꝛ conueniens est mihi.
Conuenit inter nos.i.controuersia non est inter nos.
Conflaui ęs alienum.i.factus sum debitor.
Dissolui ęs alienum.i.quod contraxi solui.

Consternere ad corpus tantum pertinet.
Consternari ad animum cum mens turbata est.
Consul est: qui in administratione consulatus est.
Consularis: qui iam perfunctus est consulatu.
Crimen modo pro delicto modo pro criminatione.
Flagitiū ꝓprie est in libidine quasi flagris dignum.
Crudus est: qui egre difficulterq̧ conquoquit.
Crudus etiam est: qui tenet aspectum trucem.
Crudū etiā est vulnus qđ est recēs ⁊ sanguinolentū.
Crudum etiam dicitur non coctum ⁊ immaturum.
Crepitus est sonitus violentus ex aeris impulsu.
Crepitus est etiā vētris ventus exclusus.i. peditum.
Strepitus fit ex corporum et vocum collisione.
Fremitus est strepitus vehementior.
Stridor est acrior ⁊ quasi sibilans collisio.
Confero me ad catonem.non in catonem.i.eo.
Confero beneficia in catonē.non ad catonem.i. do.
Cūprimū cōiūctio est.vt cū ꝓmū veneris dabo librū.
Quāprimū aduerbiū est pro cito. vt q̄ꝓrimū dabo.
Cumani dicuntur a cumis oppido campanie.
Comenses a Como oppido gallie cisalpine.
Culpa medici perit: qui moriturus non erat.
Defectu medici perit.cui medicus non affuit.
Cū ꝓpositio nunq̄ iungitur rei notanti instrumentū.
Cū coniūctio si refertur ad tum rei minori iungitur.
Tum vero rei maiori.vt cū pecunias.tum vitam.
Tum ⁊ tum inter equalia.vt tū pecunias tū libros.
Colorie vestes sunt: que natiuo sunt colore.
Versicolorie: que natiuum colorem mutarunt.

De littera.D.

Debellare est bello vincere ⁊ bello capere.
Expugnare est pugnando vincere ⁊ capere.
Propugnare est pugnando vincere ⁊ defendere.
Impugnare ⁊ oppugnare est impugnādo lacessere.
Decus est honorificentia ex rebus preclare gestis.
Decor est pulchritudo ex decētia rerū ⁊ personarum.
Desipio ⁊ despisco est aliquid a sensu deficio.
Resipisco est ad meliorem mentem redeo.
Descendo de monte.i. de alto ad imum.
Descendo in certamen.i. de tuto in periculosum.
Deuenimus in planum in vallem a loco altiori.
Deuenimus in paupertatem.i.a maiori fortuna.
Despicio inferiores me loco ⁊ fortuna.
Suspicio superiores.i.admiror vel aspicio.
Dispicere est circumspicere ⁊ prouidere.
Deligere est magis idoneū ad res gerēdas cernere.
Eligere vero est ex multis ad nostram vtilitatem.
Cooptare est eligere inter collegas ⁊ pares.
Declamator est qui studet apud rhetorem.
Orator est qui veras causas in iudicio agit.
Defunctus officio est: qui suo officio est perfunctus.
Defunctus quoq̧ vita.qui vitam finiuit.
Deturbare est violenter ⁊ deorsum deijcere.
Exturbare est eodem modo: ⁊ loco deijcere.
Disturbare est dissipando diruendoq̧ deijcere.
Deprecor supplicium.i.detestor ⁊ execror.
Deprecor veniam.i.precibus veniam precor.
Imprecor est alicui malum ⁊ infortunium precor.
Decuriones sunt: qui denis equitibus ex nobilioribus:
Centuriones qui centū ex inferioribus presunt.
Depectus dicit vulpianus qui turpiter pactus.
Pactus est: qui quomodocūq̧ pepegit.
Decedere est ex officio abire: vnde dicitur decessor.
Succedere est in officium ire: vnde dicitur successor.
Decedere e vita: est officio vite excedere.
Depositor est qui depositum alicuius fidei credit.
Depositarius vero cui depositum creditur.
Discere est: vt aliquid intelligas quod ignoras.
Ediscere vero est vt memorie complectaris.
Dediscere est: quod didiceris obliuisci.
Dicere proprie est oratorum ⁊ eleganter loqui.
Dictitare est frequenti loco ⁊ tempore dicere.
Dictare est alio verba excipiente vt scribat dicere.
Docere discipulos notum est quid significet.
Dedocere est quod alter docuit falsum ostendere.
Dico sententiam in senatum quasi consiliarius.
Fero sententiam in foro quasi pretor siue iudex.
Dicere leges est ad eos qui bello superati sunt.
Ferre leges est ad suos: vnde legum latores.
Dies pro certo die generis est masculini.
Dies pro tempore fœmininum est caret plurali.
Domus quando facit domi locum significat.
Domus cum facit domus: edificium et familiam.
Do litteras tabellario ad aliquem perferendas.
Do litteras ad amicum: vt eas legat.
Dono te corona est premij ⁊ honoris gratia.
Dono tibi coronam notum est quid significet.
Do tibi fidem.i.persancte tibi iuro: ⁊ promitto.
Habeo tibi fidem hoc est credo tibi.
Dudum ⁊ iamdudum de breui tempore dicitur.
Nuper.pridem.⁊ iampridem de longiori.
Diu et iamdiu est per longum tempus.

De littera.E.

Epule sunt cibi ministerio hominum comparati.
Epulum sunt cibi solēniores ⁊ cōuiuiū publicū.
Edicere est magistratuū regūq̧.vnde edictū pretoris.
Indicere est denunciare. vt indico bellum hostibus.
Elogium est testificatio laudis vel infamie.
En nominatiuo ⁊ actō iūgit.vt en priamꝰ.en capellas.
Apud oratores exprobrādo cū nominatiuo vt en hō.
Ecce apud vergilium semper de re improuisa.
E republica idest pro rep.⁊ vtilitate reip.
E regione domus mee pro ex opposito domus.
Extempore dixit.pro ex improuiso dixit.
Ergo et igitur breuioribus adhibētur conclusionibus.
Quare.quapropter.quamobrem.maioribus.
Etsi.quamquā.in principijs poscunt indicatiuum.
Quamuis.licet.tametsi in alijs locis subiunctiuum.
Euētus.iussus.ꝑmissus i singulari quarte declinatiōis.
Euenta.iussa.ꝑmissa. in plurali secunde declinationis.
Excubie tam diurne q̄ nocturne dicuntur.
Vigilie sunt tantūmodo nocturne diuise in quattuor.
Exemplum est quod sequimur aut vitamus.
Exemplar.ex quo simile aliquid facimus.
Existit.quod eminet ⁊ exurgit cum motu.
Extat.quod eminet et superstat sine motu.
Exprobrare est immemorem beneficij culpare.
Imputare est citra reprehensionem id facere.
Esse presens verbi infinitiui est.Fore futuri.
Eodē mō differūt: Adesse.Adfore.Prodesse.Profore.

De littera.F.

Facio te certiorem: non facio certum neq̧ ago.
Facio rem gratam.rem diuinā.damnū non ago.
Facies magis ad corpus pertinet: vt facies longa.
Vultus ad animum refertur.vt vultus tristis.
Factio est diuisio ciuium in diuersa studia.
Seditio cum populo discorde res agitur.
Fama grece idem est quod rumor latine.

Rumor est tantũ de re. quę recens est et sine autore.
Fama ꝓ etiã de antiqua dr: ⁊ de alicuiꝰ celebritate.
Fatuus est insipiens tractum a sapore ciborum.
Stolidus qui proxime ad naturam pecorũ accedit.
Stultus est: qui improuidens est ⁊ imprudens.
Facile scribit ꝑ eo qd est leuiter scribit. et nõ laboriose.
Facile princeps oratorum est. i. non dubie princeps.
Fero auxilium do auxilium recte dicitur vtrũqȝ.
Do opem nõ dicitur. sed fero opem. vnde Opitulor.
Festus dies recte dicitur: ⁊ non festiuus. vnde festum.
Festiuus homo idest iucundus. vnde festiuitas.
Ferus homo qui animum ferinum obtinet.
Ferox homo. qui animosus est ad certandum.
Fessus est fatigatus siue animo siue corpore.
Defessus et defatigatus. q̃ ampliꝰ fatigari nõ potest.
Ficꝰ fici vel ficꝰ ꝑ fructu ⁊ ꝑ arbore. gñis fœminini.
Ficus fici genere masculino pro morbo accipitur.
Filius. Pater. Mater magis ab oratoribus dicitur.
Gnatus. Genitor. Genitrix magis sunt poetarum.
Fingere dicitur: qui formas ducit ex luto et dr plastes.
Effingere qui ad alterius formam aliquid fingit.
Flere est lachrymas effundere in dolore.
Gemere est prę angustia in sonum erumpere.
Plorare est voce flebili dolorem suum aperire.
Plangere est percussione mẽbrorum se affligere.
Eiulare est alta voce flere: quod est mulierum.
Vociferari est nõ mõ dolorẽ: sȝ idignationẽ ostẽdere.
Lamentari est oratione tristi cladem testari.
Fœlix est qui prosperitatem recipit: vt homo fœlix.
Prosperum est quod fœlicitatem affert vt sydus.
Fœlix etiam aliquando ab effectu dicitur.
Fœnero tibi dicitur sicut mutuo tibi ⁊ promitto tibi.
Fœneror abs te sicut mutuor abs te ⁊ stipulor abs te.
Fœnus est prouentus ex ipso solo: quod est naturale.
Fœnus quod est vsura. a priori significato defluxit.
Vectigal ex omni predio est vel publicũ vel priuatũ.
Frux est: quicquid ex terrę fructu in cibum vertimus.
Seges est. ex qua conficitur panis non demessa.
Seges etiam est terra sementi excipiendę subacta.
Frondes sunt tantum arborum.
Folia sunt etiam aliarum rerum. vt florũ. herbarum.
Frui est potiri aliqua re propter seipsam.
Fungi est officium munusqȝ agere.
Potior cũ hoc nomine res genitiuo plurali iũgitur.
Potior alias cum ablatiuo: ⁊ significat obtinere.

De littera. G.

GEstus est actio quędam ⁊ corporis pronunciatio.
Gestio est administratio quędam ⁊ actio.
Geminę sunt lapilli omnes preciosi pręter margaritã.
Margarita est: quę in concha nascitur.
Vnio vero est: quum magnitudinem solitã excedit.
Gratus est in aduersis. Jucundus in prosperis.
Jucundus non est lętus sed qui lęticiam affert.
Gratulari alicui ẽ ꝟbo testari se gauderẽ d illiꝰ fœlicitate
Gratari idẽ: nisi qd magis est poeticũ quam oratorium.
Gratificari est beneficium minori conferre.
Gratum facere est maioribus inseruire.
Graue est: quod suapte natura est ponderosum.
Grauem etiam virum per translationem dicimus.
Gremium est intra complexũ feminum in fœminis.
Sinus est intra pectoris brachiorumqȝ complexum.
Sinus etiam est vestis fluxus ⁊ littorum curuitas.

De littera. H.

HAbeo rationem salutis idest habeo respectum.
Constat ratio idest rationem legitimã esse ostendo.
Habeo orationem dicimus non facio orationem.
Facio sermonem dicimus. non habeo sermonem.
Hei semper iungitur datiuo: vt hei mihi qualis erat.
Heu accusatiuo ⁊ nominatiuo nonnunquam.
Vę semper datiuo iungitur: vt vę tibi causidice.
Histrio est: qui personatus fabulas in scœna agit.
Mimus qui quouis in loco gesticulationes exercet.
Hiare est aliquid sua sponte vel externa vi.
Hiscere est tantum oris ⁊ quidem humani.
Hortus est vbi sunt olera quibus vescimur.
Horti sunt arboribus consiti voluptatis gratia.
Hospes est qui in aliena ciuitate est.
Peregrinus est qui in propria ciuitate non est.
Hic ad primã personã vel ad res primę ꝑsonę ꝑtinet.
Iste ad secũdam personã vel ad res secũdę personę.
Ille ad tertiam personam vel ad res tertię personę.
Eodem modo differunt aduerbia ab eis tracta.

De littera. I.

IAm notum est quid significet. vt iam venit.
Vsurpatur quoqȝ pro tunc: vt si sedet iam nõ stat.
Interdico tibi aqua ⁊ igni: non aquam ⁊ ignem.
Interdicitur tibi a me aqua ⁊ igni. ⁊
Interdicitur tibi a me aqua ⁊ ignis.
Incumbo studijs vel in studia: vel ad studia.
Incumbo remis. non in remos vel ad remos.
Intercedit mihi tecum amor idest: est amor inter nos.
Intercesserunt tribuni hoc est se opposuerunt.
Instituta sunt boni mores ratione sumpti.
Institutiones sunt pręceptiones quibus docemur.
Indulgentia est mollis et delicata educatio.
Venia etiam quandoqȝ indulgentiam significat.
Infidus est cui non est fidendum. a fido fidis.
Perfidus est. qui fidem violat. a fides fidei.
Infensus est vehementer iratus ⁊ odium gerens.
Infestus vehementer molestus ⁊ nocens.
In diẽ viuo tantũ. idest diei pręsentis rationem habeo.
Indies senesco. idest cotidie magis efficior senex.
Inhibemus rem incœptam: vt tela inhibere latini.
Prohibemꝰ ante rẽ incœptã: vt hospicio ꝓhibemur.
Inuertere est rem aliquam in contrariũ vertere.
Peruertere est rem aliquam in malum vertere.
In manu mea est negocium. idest in potestate mea est.
In manibus est liber. idest inter manus meas.
Ingredior forum. idest intro in forum.
Ingredior idest ambulo. vt si stas ingredere.
Interrogamus causa aliquid intelligendi.
Percontamur vero gratia argumentandi.
Sciscitamur. vt vox indicat sciendi gratia.
Introduco te. idest interioribus claudo.
Intercludo te. idest iter tuum claudo ⁊ impedio.
Incedere est ambulare cum fastu ⁊ pompa.
Ambulare simpliciter pedibus ingredi.
Impendere est quasi supra caput in ruinã imminere.
Impendere penultima breui est quasi dare.
Perpendere est exacte ponderare ⁊ examinare.
Appendere est suspendere ⁊ ad lancem ponderare.
Inter cœnandum venit idest dum sum in cœna.
Inter agendum dormio idest dum sum in actione.
Impono tibi onus idest iniungo tibi onus.
Impono tibi idest decipio te vnde impostores dicti.
Inficiari ⁊ inficias ire idest negare. sic dicitur vt
Opem ferre ⁊ suppetias ferre: pro auxiliari.
Indoles in pueris est signum futurę virtutis.

Indoles etiam in malum accipitur:sed raro.
Iocus et iocari proprie ad verba tantum pertinet.
Ludus et ludere ad facta.vt ludere pila.
Iter facere est;quod imperiti dicunt itinerare.
Viam facere est:vbi via non erat aperire.
Munire viam est reficere ꝛ repurgare.
Iter habere est iter aliquem esse facturum.

De littera.L.

Labare aliquid:est ruere ꝛ repente cadere.
Labi vero est leniter sensimqꝫ descendere.
Lacesso prouoco:quod est in certamen vocare:
plerumqꝫ in bonū nōnunquā in malum accipitur.
Latebre hominum proprie dicuntur.
Latibula sunt ferarū: sed quandoqꝫ confunduntur.
Legere litteras.legere libros.notum est quid significet.
Perlegere litteras est vsqꝫ ad finem legere.
Eodem modo differunt vigilare ꝛ peruigilare.
Negare ꝛ pernegare.agere ꝛ peragere.et similia.
Leges sunt aut principis:aut populi alicuius liberi.
Rogationes dicebantur:quia populus rogabatur.
Leuo et alleuo est molestiam laboremqꝫ extenuo.
Subleuo est auxilium defensionemqꝫ presto.
Littera in singulari est vnum elementum.vt.a.b.
Littere in plurali est epistola que mittitur.
Libertus est q̇ de seruo liber factus est: semperqꝫ habet
relationē ad eū cuius est libertus. vt libertus cesaris.
Libertinus idem significat:nisi quod est absolutum.
Libertas aliquando in bonum ꝛ in malum accipitur.
Licentia vero est:cum quis libertate abutitur.
Libri sunt in quos autorum opera diuiduntur.
Volumina vero minora sunt quam libri.
Ludicrū substātiue est quodcūqꝫ lusorium opus. vnde
Ludicrus.cra.crum. nō vt dicit Priscianus ludicre;
Lucus est silua cedua deo vel homini consecrata.
Salt⁹ silua vbi pecudes hyemare aut estiuare solēt.
Nemora voluptatis causa constant arte siue natura.
Silua est vbicūqꝫ sunt arbores cedue vel incedue.
Lues est morbus in hoies seuiens ꝛ pecora ꝛ agros.
Pestis est pestilentia:q̄ aut cito occidit aut cito abit.
Lubricus locus est:in quo nequeas insistere.
Lubrica est anguilla : que non potest retineri facile.
Lubrica etas in qua qui sunt facile labuntur.
Luce ꝛ tenebris ꝓ die ac nocte accipim⁹: sꝫ prima luce
et ṗmis tenebris est ṗncipio diei et principio noctis.
Prima die prima nocte respectu secunde dicitur.
Reperitur ꝓ luci ꝓ luce:vesperi pro vespere: ꝛ ruri
pro rure : carthagini pro carthagine. Sed Seruius
vult hec noia vrbium propria debere poni in datiuo.

De littera.M.

Male de te sentio.existimo.iudico. non errorē sentiē
tis:sed eius de quo sentimus vitium designat.
Male audio est malam famam habeo.i.infamor.
Magni.parui.tāti.quāti.in genitiuo solū iūguntur cū il
lis ꝟbis iterest ꝛ refert. vt magni iterest parui refert.
Cetera in utō vel aduerbialiter: vt plurimū interest:
sex ꝓnoia in ablatiuo. mea.tua.sua. nr̄a vestra. cuia.
Malleol⁹ est ī modū mallei rostra habēs apt⁹ plātatiōi.
Sarmentum est arefactum:quod igni reseruatur.
Palmes est cum in vite frondes vuasqꝫ habet.
Marinum est quod in mari est.vt piscis marinus.
Maritimū est.qꝺ iuxta mare est : vt vrbs maritima.
Trās marinū ē:qꝺ trās mare ē:vt bellū trās marinū.
Meditari preter eā significationē quam habet in prom
ptu:est etiā ad aliquid se exercere.vt ad palestram.
Memoria teneo recte dicitur:non memoriter teneo.
Memoriter recito.memoriter ꝓnūcio : nō memoria.
Memoria ꝛ memoriter complector.repeto recolo.
Memini pro recordor genitiuo ꝛ accusatiuo iungitur.
Memini ꝓ mētionē facio genitiuo ꝛ ablatiuo cū de.
Messis tum ipsa messio est:tum seges iam matura.
Sementis est satio:siue vt ita dicam seminatio.
Semen est quod in terram subactam iacitur.
Seminariū est loc⁹ vbi plāte ad trāsplātādū seruātur.
Merere est mercede opari ꝛ i militia exerceri.vnde me
ritoria taberna.quo sine mercede nō est adit⁹.ꝛ meri
torius puer qui mercede prostat libidini.
Meritoria puella nō dicit̄:sed meretrix : quia meret.
Mereor de te bene idest beneficium in te confero.
Mereor de te male:idest mala in te contuli.
Demereor amicos.i.beneficijs illos obnoxios facio.
Emereor vnde est emeritus:a labore cessare.
Ministerium in singulari est ministri opera.
Ministeria in plurali pro ministris accipiunt̄ : codē
modo differunt seruitium ꝛ seruitia.
Mille in singulari substātiuū est. vt Cicero mille ho
minum versatur.vt mille nummum expensum.
Milia vero in plurali ab eo quod est mille.
Mille in plurali adiectiuum est.vt mille viri.
Moratus ille dicitur qui bonis moribus est preditus.
Morigerat⁹ est obseq̄ns ꝛ obediēs a ꝟbo morigeror.
Morosus qui est difficilis ꝛ peruersis moribus.
Mollis homo in vituperationē dicitur.i.effoeminatus.
Molle opus in laudem.i.pulchre fabrefactum.
Moror te ꝛ maneo te pro expecto te:sed poetice.
Moror te.i.detineo te magis oratorium est.
Maneo ꝓ eo qꝺ futurū est : vt quis te manet exit⁹.
Munimenta sunt munitiones castroꝝ.vt vallum fossa.
Monumenta sunt sepulchra.statue.tituli.littere.
Murus est ambitus vrbis aut etiam castrorum.
Paries est ambitus ille domoꝝ: quo tecta fulciunt̄.
Moenia ꝛ murum significant ꝛ vrbis edificia.
Mulier ea dicitur q̄ corrupta est. virgo que integra. pa
titur tamen vtrūqꝫ aliquando exceptionem.
Munus teste paulo dicitur quod dono mittitur.
Alio modo mun⁹ est onus.vnde immunitas dicit̄.
Munus preterea est officium: vt militare munus.

De littera.N.

Natalis ꝛ natale substantiue est dies natalicius.
Natales ꝟo in plurali sanguinis cōditionē sigt.
Ne dicam substantiuo precedente vult post se actm̄ : vt
Cicero.crudelis castor : ne dicā sceleratū ꝛ impium.
Secus autē sequente substantiuo.vt si dicamus.cru
delis.ne dicā sceleratus ꝛ impius castor.
Necatus generalem habet significationem.
Nectus non dicitur sine certo genere mortis.
Nedum vno modo vtimur cum vtrāqꝫ sentētiam vno
claudimus verbo:vt funderē pro te sanguinem : ne
dū pecuniam.Altero quum sui vtriqꝫ sententie ver
bum damus : sed affirmādo qꝺ est maioris momēti
ꝑponim⁹: negādo ꝟo cōtra qꝺ est mai⁹ postponim⁹.
Ne cum diphthongo pro valde vel certe accipitur.
Ne producte accepta pro non. ne correpte pro an.
Nisi quoties ponitur in principio indicatiuū postulat.
Alias vero etiam subiunctiuo iungi potest.
Nihil ad cesaris equitatū.i.nihil ad ꝯparationē cesaris
eqtat⁹.Terē.nihil ad nr̄am.i.ad ꝯparationē hui⁹ nr̄e.
Non me fallit : non me preterit. non me fugit. non me
capit.est non ignoro.teste Quintiliano.

Nonalis inquit paul⁹ est terra proscissa anno cessans.
Ager restibilis inquit Varro quod restituitur.
Nunc aduerbium tempus instans significat.
Nunc etiam sine tp̄is significatiōe vsurpatur. Cicero plura euenirent si ad quietē integri irem⁹. nūc vero onusti cibo ⁊ vino ꝯfusa ⁊ ꝑturbata cernimus.
Nutare est male solidatę molis ruinam minari.
Titubare est pedibus nō valentis insistere.
Vacillare est alterno motu inconstantem esse.
Nuncius est q̄ nūciat: nō qđ nunciatur. Quod em̄ dicit Seruius nunciū esse qđ nunciatur. nō est veꝝ.

De littera. O.

O Vocatiuo ⁊ accusatiuo iungi pōt. vt o me miseꝝ. o te foelicē. aliq̄n supprimitur: sed in re leuiori. vt hoīem indoctum qui hec ignoret.
Obseruo. i. custodio. a quo est obseruatio.
Obseruo. i. colo ⁊ veneror a quo est obseruantia.
Obeo legationē. i. exequor mun⁹ ⁊ officiū legatiōis. Sic obeo mortē exeq̄r offiū mortis. ⁊ obeo nō addēdo mortē sicut oppeto mortē ⁊ oppeto. ꝺfūct⁹ vita ⁊ ꝺfunct⁹.
Obuio tibi ⁊ obuius tibi fio. obuiū me tibi fero.
Obuius tibi sum. obuiā tibi ꝓcessi: idē significant.
Obses est q̄ traditur impio alterius quasi pignus.
Vas est. qui est sponsor alterius in capitis periculo.
Fideiussor est: q̄ spondet in causis leuioribus.
Otiū est vacatio a labore. cuius ꝯtrariū est negocium.
Otium quoq̄ ꝓ studio litterario accipitur.
Occupare est locū tenere ⁊ vi capere: ⁊ etiam.
Occupare ante capere. qđ dicunt p̄occupare.
Odor notum est q̄d significet in vtroq̄ numero.
Odores in plurali numero sunt odoramenta.
Officium est virtutis actio ꝓ loco ⁊ tempore.
Officium est beneficiū ⁊ obsequiū in amicos.
Officium quoq̄ est magistratuū ⁊ aliaꝝ rerum.
Officina est vbi opera fiunt. vnde sunt opifices.
Taberna est vbi opa venduntur: vnde tabernarij.
Opera vt dicit vulpianus est diurnū officiū.
Opus est finis fructusq̄ operę. vt opus Ouidij.
Operę p̄cium est fructuosum ⁊ ad rem ꝑtinens.
Orare est verbis aliquā rem petere.
Exorare est orando ⁊ p̄cibus aliq̄d impetrare.
Oriundus a roma. i. cuius maiores fuerunt romani.
Ortus romę. i. qui in vrbe roma natus est.
Ordo est digestio ⁊ suo cuiusq̄ rei loco dispositio.
Series est rerum q̄dam continua ꝓgressio.
Orphanus est q̄ caret patre. ꝑsidioq̄ paterno.
Pupillus est. q̄ caret patre: sed tantisper dū est in ea ętate. cui dari ꝯsueuerunt tutores ꝑ leges.
Orbus est. qui aliqua re chara priuatus est. vt filijs.

De littera. P.

Parasitus est. q̄ ventris gratia nihil recusat ferre. et omnia loq̄tur ad voluntatē inuitantis eum.
Scurra ē. q̄ risum ab audiētib⁹ captat. sine differētia.
Pastio est ipsa pascendi actio. q̄ ad pecudes ꝑtinet.
Pastus homini cōpetit. ⁊ potius ad animū ꝑtinet.
Pabulū est cibus pecoꝝ q̄ sine semine est vt palea.
Esca ⁊ hoīm est: ⁊ qđ captandis piscibus subditur.
Pasci pecudū est: ⁊ ꝯstruitur cum accusatiuo.
Vesci hoīm est: ꝯstruiturq̄ cum ablatiuo.
Partior idem est qđ partes facio ⁊ distribuo.
Partio raro reperitur: sed impertio freq̄nter.
Pacificatus sum. i. pacem feci.
Pacatus sum in pace sum. vel ab armis recessi.
Placatus sum ab indignatione ad lenitatem redij.

Parem esse idem est qđ sufficere alicui operi.
Par esse idem est qđ esse ꝯueniens ⁊ decens.
Paria facere est q̄ alibi omissum ē compensare.
Patres inq̄t paulus vsq̄ ad tritauos ꝓprie dici.
Qui sup tritauos sunt maiores debere appellari.
Minores dicit serui⁹ nūcupari q̄ties deficit nomē i posteris: sꝫ poti⁹ dicēdū ē esse maiores q̄ nos p̄cesserunt.
Minores vero qui sequuntur.
Penu ꝯtinentur q̄ ad victū priuatū ꝑtinent.
Penariū ē locus teste Varrone vbi penu reponit.
Commeatus dr̄: q̄ ad victum publicum ꝑtinet.
Pecus significat omne aial qđ sub hoīe ex pabulo terrę pascitur. Significat etiā multitudinē pecudum.
Pergameni ab oppido asię qđ est pergamus.
Bergomenses a bergamo gallię cisalpinę oppido.
Per in compositione cum noīe positiuo iungitur.
Quam vero suplatiuo: vt ꝑ doctus quā doctissimus.
Per quā vero positiuo. vt perquā doctus homo.
Quā pro quātum semꝑ positiuo adiungitur.
Per aliq̄n in malū accipitur. vt piurus. ꝑfidus.
Aliquādo accipitur quasi ꝑ mediū. vt ꝑspicuus.
Prę idē significat. sed cū alijs dictiōibus iungitur: q̄ꝫ ꝑ vt p̄clarus. p̄dulcis. p̄diues. nō perclarus ⁊c̄.
Perinde vult post se acsi. vel atq̄. vt fac ꝑinde. acsi tua res esset. vel atq̄ tua res esset.
Proinde idem est qđ ideo vel ideoq̄.
Subinde accipitur ꝓ inde statim vel identidē.
Petere in bonū ⁊ in malum accipitur.
Posco ē ꝓprie rem debitam ⁊ honestam peto.
Postulo ē quodāmodo req̄ro. vt res postulat.
Expostulo ē cum q̄rela amici officiū desidero.
Flagito ē vehemēter ⁊ importune postulo.
Persequor ⁊ in bonam partē ⁊ in malā accipitur.
Prosequor ablīō iungitur. vt ꝓsequor ⁊ oculis.
Peculiū est q̄cq̄d labore nr̄o comparatur.
Peculat⁹ est furtū rerū ⁊ ad rem publicā ꝑtinentium.
Sacrilegiū est furtū rerum sacrarum.
Pellex est q̄ cum eo cui est vxor miscetur.
Palaca est ꝯcubina eius q̄ non habet vxorem.
Pluit caret supposito ⁊ ꝯstruitur cum ablatiuo.
Ningit. Tonat. Serenat ⁊ similia vtrūq̄ respuunt.
Plura possunt esse duo. ⁊ est nomen cōparatiuum.
Cōplura duo esse nō possunt. ⁊ nō est cōparatiuum.
Pleriq̄ modo maximā partē significat: mō nōnulli.
Porro licet eiusdē significatiōis sit cui⁹ vero ⁊ autem: hec semꝑ postponūtur. illiđ potest etiā preponi.
Pondo teste phoca singulari numero caret. dicim⁹ em̄ duo tria pondo. nō bina terna pondo.
Potior cū hoc noīe res in plurali genitiuo iūgitur. cū alijs vero noibus freq̄ntius ablīō copulatur.
Potus vini. aquę. lactis. ⁊ similiū recte dicitur.
Potio datur egrotanti. qđ grece pharmacum dr̄.
Pompa est spectaculū in ꝓsperis rebus ⁊ aduersis.
Spectaculū vero est qđ spectatur ⁊ ipsa spectatio.
Locus etiā vnde spectamus spectaculū dicitur.
Proteruus. ꝓcax. ⁊ petulās. aliud alio magis increscit tam in factis quā in dictis. significantq̄ quādā lasciuiam: libidinemq̄ ⁊ impudentiam.
Presens nō modo qđ est huius tp̄is: sed alterius. vt Horatius p̄sens in tempus omittat.
Presens quoq̄ subditus ⁊ nō dilatatus in tp̄s: vnde p̄sentissimū periculū: ⁊ p̄sentaneū remedium.
Preesse est rei administrandę prepositū esse. ab hoc fit presens qđ a verbi significatione recessit.

Preſidere eſt ad opem preſtandam preeſſe a quo fit
pſes:ſicut a deſideo deſes.a reſideo reſes.
Preſidium eſt pcipuum auxilium.
Subſidium eſt qḋ in auxilium ſuccedit.
Preſtare preter eã ſignificationē quã preſefert:ſignifi-
cat etiam ꝓhibere ne alicui fiat incõmodum.
Pridie ⁊ poſtridie gtõ ſeruiunt ⁊ actõ : vt ṗdie nonarũ
decembriũ:⁊ pridie nonas decembres.
Procul apud quoſdam autores actõ ſeruit.vt Curtius
ꝓcul vrbem ⁊c̃.
Prius vocaui te ad tempus referri debet.
Prior vocaui te ad pſonã potius refertur. eſtq̧ inter
duo ſicut ṗmus inter plura.vt ego prior quã tu veni
domũ.⁊ ego ṗmus oim veni.
Eadem ratio eſt de poſterior poſterius ⁊ poſtremus.
Preme fero eſt dicto vel facto qualē opinionē habeam
quaſi ipſa fronte ↄfiteri:in eadē ſignificatiõe ſunt. p-
meduco.premegero.
Priſca ſunt q̃ prioribus ſeculis fuerunt.
Priſtina q̃ fuerunt prioribus annis.
Probrum idem eſt qḋ dedecus ⁊ ignominia.
Opprobriũ eſt aliqñ facto:ſed freq̃ntius dicto.
Pulſare eſt graui ⁊ vehementi ictu cedere.
Verberare eſt cedere inſtrumento longo ⁊ exili.
Preuaricatores ſunt qui cauſam aduerſarijs donant.
Tergiuerſatores.q̇ in totũ ab excuſatiõe deſiſtũt.

De littera.Q.

Quando ⁊ quandoquidē idem eſt quod quoniã.
Quatenus idem ſignificabat Quintiliani ſeclo.
Cicero tñ quatenus ꝓ inquantum vtitur.
Queſtus in plurali ꝓ querella.a queror q̃reris.
Queſtus etiã in ſingulari ſignificat lucrum numma
rium deriuaturq̧ a ṽbo quero queris.
Quidē vno modo accipiẽ ad diſtinguendũ res qḋ greci
nimiũ faciunt.vt alius quidem bonus:alius ṽo nõ.
Altero modo ꝑ exceptionem illius quod affirmes.vt
Quintilianus.torq̃bis q̇dē filiũ:ſed fatebitur mater.
Tertio mõ poniẽ ↄpletiue nõ ſeq̃nte ei⁹ aduerſatiua.
Quin modo ꝓ quinetiã ſiue atq̧ etiã accipitur.
Quin ꝓ nõ deſiderat ſubiunctiuũ.vt quin adeas.
Quin ꝓ curnõ ſemꝑ interrogat ꝑ indicatiuũ.
Quid ſubſtantiuum eſt.vt q̇d negocij eſt tibi.
Quod adiectiuũ.vt qḋ negocium eſt tibi.
Quiſq̧ cum ſuperlatiuo conſtruitur.vt optimus quiſq̧.
Cuncti cum poſitiuo iũgiẽ.vt cũcti ſapiẽtes.oẽs docti.
Cũct⁹ ⁊ ois:poſitiuo iũgiẽ.
At vero ois comparatiuo additur.
Que ṽo ſuplatiuo carent:etiã cum q̇ſq̧ iunguntur.
Quotuſquiſq̧ ſemꝑ interrogatiue accipitur.

De littera.R.

Rhegini ex oppido calabrie rhegio dicũtur.
Rhegienſes ex rhegio gallie ciſalpine oppido.
Retulit Põpeius ad ſenatũ.i.in ↄſultationem poſuit.
Refero tibi bñficiũ.i.ↄfiteor me accepiſſe bñficium.
Rixa:vt dixit Vulpianus.poteſt eſſe inter duos.
Turba vero in multitudine ⁊ cœtu hoim tantum.

De littera.S.

Saluber cibus.ſaluber aer eſt ſanitatem conferens.
Sanus homo ſanũ caput eſt ſanitatē habens.
Satiare ad oẽs ſenſus ptinet.atq̧ etiam ad animum.
Saturare ad vnũ guſtum ptinet tantum.
Salio vnde ſaltus deducitur.eſt ſaltum facere.
Salto vnde ſaltatio fit.eſt tripudium facere.
Scilicet ⁊ videlicet idē ſignificare videnẽ qḋ certe.ſed ꝑ
amaritudinē quandã cum deriſu mixtam.
Recentiores vtuntur expoſitiue his particulis.
Sciens feci.i.cũ faciebã ſciui me facere. Ignorãs fe-
ci.i.cũ ignorabã ſciui me ignorare.Sciẽter feci ignorã
ter feci.i.cũ ſcientia vel ignorantia feci.
Scdm particula notũ eſt q̇d ſignificet.Scdm pterea ac
cipiẽ ꝓ iuxta.⁊ poſt.Scdm etiã ꝓ eo qḋ ē ꝓ.vt ſcdm
me iudicatũ eſt.i.ꝓ me ſententia eſt lata.
Senecta ⁊ ſenectus vtraq̧ ē ſenilis etas.
Iuuentus nõ modo etas:ſed multitudo iuuenũ eſt.
Sin ꝓ ſi nunq̧ in ṗma parte collocaẽ.ſed in ſcda cum
pceſſit ſi igitur exponendũ eſt.ſin ꝓ ſed ſi.
Syncerus vt dicit Donat⁹ ē ſine cera. vt mel ſimplex.
Sed poti⁹ dicendũ eſt ſyncer⁹.i.integer ⁊ incorrupt⁹.
q̃ſi cũ cera ⁊ nulla parte fraudatũ.hoc ē diminutum.
Situs dicit Priſcian⁹ ē negligẽtia:ſed potius ē ſordes
illa ⁊ illuuies domus diu nõ repurgate.
Solus ⁊ vn⁹ inter oia adiectiua q̃ nõ ſunt ſuplatiua gtõ
plurali iungunẽ.vt ſolus oim vn⁹ cunctorꝫ.
Stare ē non ire in ijs q̃ ſunt ſine pedibus. vt nauis.
Stant q̃ recta ſunt q̃zdiu nõ cadunt: vt ſtat turris.
Stant q̇dã ſi nõ eunt cũ ire poſſint. vt equus homo.
Sedere in hoibus notum eſt quomodo fit.
Sidere ē peſſum ire deorſumq̧ deſcendere.
Sto ṽbum abſolutum eſt.ſiſto actiuum.vt Vergilius.
Siſte gradũ. vtrumq̧ habet ſupinum ſtatum.
Stelle inq̇t Macrobius ſunt ſingulares vt erratice.
Sydera ↄſtant multarꝫ compoſitione. vt aries.
Aſtrũ eſt ſignũ ex ſtellis coactũ.qḋ nos dicim⁹ ſyd⁹.q̃
differentia nõ obſeruatur ſemper.
Super ↄtiguitatē ſignificat.vt ſedeo ſuꝑ lapidē. Supra
ſpacij interpoſitionē.vt nubes pendent ſupra nos.
Suffragia ſunt voces q̃ dantur in electione.
Vnde ſuffragari ꝓ auxiliari plerumq̧ inuenitur.

De littera.T.

Tantũ abeſt poſt ſe habet vt aut ſemel. vt Cicero
tantũ abeſt ab officio:vt nihil officio poſſit magis
eſſe ↄtrariũ.aut bis.vt Idem tñ abeſt vt aliquã bonã
grãm q̃ſiſſe videar.vt multas etiã ſimultates ſubeũ-
das intelligam.
Tãti ⁊ quãti ⁊ ab eis ↄpoſita tãtidē ⁊ quãtilibet. quãti-
cũq̧.totidē.pluris.⁊ minoris. iũgunẽ his ṽbis emo.
venũdo.veneo.mercor.ↄparo.eſtimo.taxo.liceor.addi
co.diſtraho.metior.ↄduco.loco.fœnero.paciſcor. pan-
go.ↄdemno.poſtulo.⁊ ſimilibus verbis.
Ten⁹ ſemꝑ poſtponiẽ atq̧ i ſinglari cũ abltõ tñ.i plura
li ēt cũ gtõ.vt ṽg.crurũ ten⁹ a mẽto palearia pẽdent.
Thebani a thebis.q̃ eſt vrbs in bœotia inſignis.
Thebeus a thebe vrbe antiquiſſima in egypto.
Timeo te.i.tanq̧ inimicum metuo te.
Timeo tibi metuo tibi tanq̧ amico.
Traijcio exercitũ.i.trans mare.trans mõtes. trans flu-
men duco.Traijcio mare.i.tranſeo mare.
Triclinium a toris menſiſve triplicibus appellatũ eſt.
Aula eſt grece.quam latine atrium appellant.
Tollo aliqñ ꝓ capio.vt tolle librum.
Tollo aliqñ ꝓ educo accipi ſolet.vt ſuſtulit filium.

De littera.V.

Valde poſitiuo ⁊ ṽbo iungiẽ:ſed nõ lõge vt valde
doctus valde legit.nõ longe doctus. longe legit.
nec valde ditior.valde ditiſſimus.
Venio in ſuſpicionē ſemꝑ accipitur paſſiue. vt veni in
obliuionem.veni in vituperationem etiã paſſiue.
Veni in opinionē actiue ⁊ paſſiue ſolet accipi.
Vector vnũ ex verbalibus in.or. paſſionem ſignificat.

idest eum qui vehitur. aliquando qui vehit.
Venale significat rem venditioni expositam.
Vendibile. qđ cito vendi potest.
Vendico. vt sic dicam. est approprio ⁊ meum esse dico.
Vindico est vlciscor. aliqñ ab iniuria defendo.
Ventitare est freq̄nter venire ad locum.
Aduentare est proximum esse vt veniat.
Versicoloria dñr q̄ natiuum colorem mutant.
Coloria q̄ colorem habent natiuum.
Vicus vrbis est pars. vicus paganus muris caret.
Castellum est. qđ muris cinctum est vndiq̃.
Oppidum est omnis vrbs p̄ter romam.
Victus appellatiōe ꝯtinent̃ homini necessaria ad vitā.
Penus est omne qđ hoīes vescuntur.
Vltro citroq̃ ad dicta ⁊ facta referuntur.
Vsurpare est vti tum dicto tum facto. i. vsum capere.
Vt. ꝓ vtpote siue q̄ppe seq̄nti relatiuo. Quintilianꝰ nō damno vt q̄ dixerim esse in oībꝰ vtilitatis aliq̄d.

¶ Finis.

Eiusdem Antonij Nebrissen. de nominibus numeralibus.



Nihil est in hac vita mortali magis necessarium cognitu: ⁊ qđ minus a nr̄i seculi hoībꝰ sciat̃: quā tria illa ī q̄bꝰ sator rerū ideq̃ mūdi arbiter oīa disposuit. Oīa inq̄t in mensura nūero ⁊ pōdere disposuisti. Omitto nūc pondus ⁊ mensurā sine q̄bus multe artes atq̃ imp̄mis medicamētaria immo neq̃ ipsa hoīm societas quā ciuitatē appellamꝰ cōstare pōt. breui nāq̃ ijs de rebꝰ tradituri sumus certā rōnē etati nr̄e quātū ego existimo incognitā. venio ad nūeros in quos pōdera ipsa ⁊ mensure referunt̃: quotusq̄sq̃ nouit latine numeros suis ꝓprijs vocabulis appellare. posteaquā a primis illis infantibꝰ etiā notis discesserūt. Refert Aristoteles ī ꝓblematis esse quasdā natiōes adeo immanes ⁊ barbaras: vt nesciāt cōputare vltra numeꝝ quaternariū. q̄d si ego mōstrauero eos q̄ vulgo habeant̃ sapiētes nescire quomodo latine dicant. Tres letras tuyas recebi en vn dia: ⁊ cada quatro dias recibo dos. q̄ de alos frayles q̄ andan emparciados de dos en dos cada q̄tro huevos. Et hoc intra nūeros illos notos. q̄d si transgrediamur denariū. q̄d si centenariū. q̄d si millenariū. q̄d si millionē. Sed cū mihi semꝑ fuerit in aīo ꝓ virili Hispanis meis opem ferre in ijs potissimū q̄bus maiorē in modū opꝰ est: libuit hoc in loco disponere in p̄ma serie noīa numeralia. atq̃ e regione scđo in loco noīa ex numeralibꝰ diuidua siue distributiua. tertio noīa ordinalia. quarto aduerbia nūeralia. Secutiq̃ sumꝰ in hac parte tū vsum doctissimoꝝ: tū rōnē: tū etiā ꝓportionem. Posuimꝰ vero nūeros explicitos vsq̃ ad triginta. ceteros vero collegimꝰ in decuplatiōes tm̄. ex q̄bꝰ ⁊ simplis possumꝰ cōponere medios quēadmodū fecimꝰ a viginti in triginta. Prohibuimus aūt vicies bis ⁊ vicies ter ⁊ similia. qđ certos autores secuti in cōmentationibꝰ nr̄is dici posse putabamus. ꝓpterea qđ vicies bis potius q̄dragies. ⁊ vicies ter sexagies designāt ⁊ alia adhūc modū. Preterea vltra centū nō possumꝰ dicere cēties bis. sicut dicimꝰ centū duo. ⁊ centeni bini ⁊ centesimꝰ scđs ꝓpterea qđ centies bis potiꝰ significat ducenties. ⁊ centies ter trecenties. ⁊ silr̄ deinceps. Itaq̃ rōnē secuti potius dicendum esse crediderim centies ⁊ bis. centies ⁊ ter. aut bis supra cēties ⁊ ter supra centies. ⁊c.

Aduertendū tñ antiq̄ores post centū milia potius cōsueuisse dicere bis centū millia. ter centū millia. quater centum millia: quā ducenta trecenta q̄dringenta millia. Et ꝓ eo qđ nos diximus: vn cuento. decies centū millia. dos cuentos. vicies cētum milia. ⁊ deinceps eodem modo.

Illud quoq̃ est aīaduertendum. qđ interrogāti quot pascit seruos. quot possidet agri iugera: rñdendū est ꝑ noīa numeralia puta decē. centū. Interroganti vero quot dentes hn̄t hoīes: rñdendū est ꝑ noīa diuidua siue distributiua puta crāteres binos. caninos quaternos. primores octonos. molares vicenos. Nam si diceres simpliciter: q̄ hoīes hn̄t duos. aut quattuor. aut octo. aut viginti dentes. nō dixisti qđ volebas. Interrogāti vero ꝑ quotus. a. um. rñdendū est ꝑ noīa ordinalia. vt quotus sedet in eccl̄ia cantor ab episcopo: rñdendū est tertius aut q̄rtus aut quotā partē hn̄t clerici ex frugibꝰ: rñdendū est decimā. idest vnam aliquam ex decem.

Sunt ⁊ alie denoīatiōes a noībꝰ numeralibꝰ q̄ dñr multiplicia: vt duplus. triplus. q̄druplus. quincuplus. sexcuplus. septuplus. octuplꝰ. nonuplꝰ. decuplꝰ. quattuordecuplꝰ. q̄ndecuplus. sexdecuplus. centuplus.

Cetera vero multiplicia cū nō habeant ꝓpria noīa ꝑ q̄ possint designari: circūloquimur ea ꝑ numeralia ⁊ ablm̄ huius nois tantus. a. um. vt si dixeris q̄ surripuerit simplū luat vigiti tāto. aut mille tāto. aut mille q̄ngenta tanto. Et eodē mō de multiplicibꝰ illis q̄ significant plicaturā. vt duplex. triplex. q̄druplex. q̄ncuplex. sexcuplex. septemplex. octuplex. nonuplex. decuplex vndecuplex. duodecuplex. tredecuplex. q̄ttuordecuplex. q̄ndecuplex. sexdecuplex. cētuplex. vt Horatiꝰ. cōtra quē duplici pāno patiētia velat. Triplices quoq̃ ⁊ q̄ncuplices tabellas apđ Martialē legimꝰ. ⁊ apđ Ouidiū. Surgit ad hos clypei dñs septemplicis aiax. vbi nō possis dicere duplꝰ. triplꝰ. quadruplꝰ. q̄ncuplus. septuplꝰ. Nam qđ Persius dixit: rem duplica. feci iam triplex. ⁊ Iuue. q̄ triplicē vsurā p̄stare paratus: manifestū est ꝓ triplo posuisse.

Sunt ⁊ alia diuersarum significationum nomina a numeralibus composita ⁊ deriuata: q̄ vltra certos numeros non ꝓcedunt. vt biduo. triduo. quatriduo: sed nō dicimus quinquiduo. sexiduo ⁊c.

Biennio. triennio. quadriennio. quinquennio. sexennio. septennio. decennio. centennio. sed nō dicimꝰ. octonio. nouenio. ducentenio ⁊c.

Nudius tertius. nudius quartus. ⁊ Plautus. nudius q̄ntus. nudius sextus. ⁊ Cicero. nudius tertius decimus. cetera exemplo carent.

Bimus. a. um. trimꝰ. a. um. quadrimꝰ. a. um. ⁊ denoīatiua ab illis bimatus. us. trimatus. us. quadrimatus. us. cetera non leguntur.

Et aduerbia bifariam. trifariam. quadrifariam. omnifariā. multifariam. plurifariam. sed non dicimus quinquefariā. sextifariam ⁊c.


Sunt ⁊ alia noīa nūeralia nūeroꝝ triplicatiua q̄ nō reguunt̃ nisi a certis nūeris hec fere. binio. onis. ꝓ eo qđ ē bis duo bis. hoc est octo. ternio. onis. ꝓ ter tria ter. hoc est septē ⁊ viginti. q̄ternio. onis. ꝓ quater q̄ttuor quater. hoc est q̄ttuor ⁊ sexaginta. quinio. onis. ꝓ quinquies q̄nq̃ q̄nquies. hoc est centū viginti q̄nq̃ ⁊c. eodē modo possent ex ꝓportiōe formari: sed non legūt̃ nisi hec supiora. ⁊ qđ suspicor millionē dictū quē vulgꝰ Hispane appellat million. hoc est millies mille millies.

Sunt quoq̃ alia nomina a diuiduis deriuata q̄ significāt illū numerū ad quē ꝑtinēt hērere: vt singularꝰ vel singularis qđ vnū ꝯtinet. binarꝰ qđ duo. ternarꝰ qđ tria. quaternarius qđ quattuor. q̄narꝰ qđ q̄nq̃. senarꝰ qđ sex. septenarꝰ qđ septem. octonarius quod octo. nouenarius qđ nouē. denarius qđ decem. vndenarius qđ vndecim. duodenarius qđ duodecim. tredenarꝰ qđ tredecim. quaterdenarius qđ quattuordecim. q̄ndenarius qđ quindecim. vicenarius qđ viginti. tricenarius qđ triginta. q̄dragenarius qđ quadraginta. quinquagenarius qđ quinquaginta. sexagenarius qđ sexaginta. septuagenarꝰ qđ septuaginta. octogenarꝰ qđ octoginta. nonagerꝰ qđ nonaginta. centenarius qđ centum. millenarius. quod mille. vt numerus binarius continet duo. sexagenarius senex qui habet. i. vixit annos sexaginta.

Sunt p̄terea quedam ab ordinalibus denoīata: que significant ad illum ordinem pertinere aut esse ex illo ordine. vt secundanus miles qui est ex secunda legione. octuaꝰ ex octaua. decumanꝰ ex decima. ⁊ decumana porta ī castris. ⁊ aes decumanū apud Lucillū. ⁊ decumanū frumentū. qđ ex decimis soluitur.

Tertiana quoq̃ febris que die tertio contingit. ⁊ quartana que quarto. Et ab his rursus denominatiua: vt tertienarius. quartanarius. ⁊ alia eodem modo.

Numeralia	Diuidua	Ordinalia	Aduerbia.
Unus vna vnum.	Singuli.e.a.	Primus.a.um.	Semel.
Duo due duo.	Bini.e.a.	Secundus.a.um.	Bis.
Tres ⁊ tria	Terni.e.a.	Tertius.a.um.	Ter.
Quattuor	Quaterni.e.a.	Quartus.a.um.	Quater.
Q quinqꝫ.	Quini.e.a.	Quintus.a.um.	Quinquies.
Sex.	Seni.e.a.	Sextus.a.um.	Sexies.
Septem	Septeni.e.a.	Septimus.a.um.	Septies.
Octo	Octoni.e.a.	Octauus.a.um.	Octies.
Nouem	Noueni.e.a.	Nonus.a.um.	Nouies
Decem	Deni.e.a.	Decimus.a.um.	Decies.
Undecim	Undeni.e.a.	Undecimus.a.um.	Undecies.
Duodecim	Duodeni.e.a.	Duodecimus.a.um.	Duodecies.
Tredecim	Tredeni.e.a.	Tredecimus.a.um.	Tredecies.
Quattuordecim	Quattuordeni.e.a.	Quartꝰdecimꝰ. a.um.	Quattuordecies.
Quindecim	Quindeni.e.a.	Quintusdecimus	Quindecies.
Sedecim	Sedeni.e.a.	Sextusdecimus.	Sedecies
Septemdecim	Septemdeni	Septimusdecimus.	Septindecies.
Decem ⁊ octo	Octoni ⁊ deni	Octauus decimus	Octies ⁊ decies.
Duodeuiginti	Duodeuiceni	Duodeuicesimus	Duodeuicies.
Decem ⁊ nouem	Noueni ⁊ deni	Nonusdecimus	Nouies ⁊ decies
Undeuiginti	Undeuiceni.e.a.	Undeuicesimus.	Undeuicies.
Uiginti	Uiceni.e.a.	Uicesimus.	Uicies.
Uiginti vnus vel	Uiceni singuli	Uicesimusprimus	Uicies semel.
Unus ⁊ viginti	Singuli ⁊ viceni	Primus ⁊ vicesimus	Semel ⁊ vicies
Uigintiduo	Uiceni bini.e.a.	Uicesimussecundus	Uicies bis nō dicitur
Duo ⁊ viginti	Bini ⁊ viceni	Secūdus ⁊ vicesimus	Bis ⁊ vicies dicitur.
Uiginti tres	Uiceni terni vel	Uicesimustertius	Uicies ter nō dicitur.
Tres ⁊ viginti	Terni ⁊ viceni	Tertius ⁊ vicesimus	Ter ⁊ vicies dicitur
Uigintiquattuor	Uiceni quaterni vel	Uicesimusquartus	Uicies quater nō dicit'
Quattuor ⁊ viginti	Quaterni ⁊ viceni	Quartus ⁊ vicesimus	Quater ⁊ vicies dicitur
Uigintiquinqꝫ	Uiceni quini vel	Uicesimusquintus.	Uicies quinquies nō dr.
Quinqꝫ ⁊ viginti	Quini ⁊ viceni	Quintus ⁊ vicesimus.	Quinquies ⁊ vicies dr.
Uigintisex	Uiceni seni vel.	Uicesimussextus.	Uicies sexies non dr
Sex ⁊ viginti	Seni ⁊ viceni	Sextus ⁊ vicesimus	Sexies ⁊ vicies dicitur.
Uiginti septē	Uiceni septeni vel.	Uicesimusseptimus.	Uicies septies non dr
Septem ⁊ viginti.	Septeni ⁊ viceni.	Septimꝰ ⁊ vicesimus	Septies ⁊ vicies dicit'.
Uiginti octo	Uiceni octoni vel	Uicesimusoctauus	Uicies octies nō dicit'.
Octo ⁊ viginti.	Octoni ⁊ viceni vel.	Octauus ⁊ vicesimꝰ	Octies ⁊ vicies dicitur
Duo de triginta	Duodetriceni.	Duodetricesimus	Duodetricies dicitur
Uiginti nouem.	Uiceni noueni vel	Uicesimusnonus.	Uicies nouies non dr.
Nouem ⁊ viginti.	Undetriceni	Nonus ⁊ vicesimus	Nouies ⁊ vicies dicitur.
Undetriginta	Triceni.e.a.	Undetricesimus	Undetricies dicitur.
Triginta.⁊c.siłr.	Quadrageni.e.a.	Tricesimus.	Tricies
Quadraginta.	Quinquageni.e.a.	Quadragesimus	Quadragies.
Quinquaginta.	Sexageni.e.a.	Quinquagesimus.	Quinquagies
Sexaginta	Septuageni.e.a.	Sexagesimus	Sexagies
Septuaginta.	Octogeni.e.a.	Septuagesimus	Septuagies.
Octoginta.	Nonageni.e.a.	Octogesimus	Octogies.
Nonaginta.	Centeni.e.a.	Nonagesimus	Nonagies
Centum.	Centeni singuli	Centesimus.a.um.	Centies.
Centum vnus	Singli supra cētenos	Centesimus primus	Centies ⁊ semel
Unus supra centum.	Centeni bini.	Primus supra centesimum.	Semel ⁊ centies
Centum duo	Bini supra cētenos.	Cētesimus secūdus	Centies ⁊ bis.
Duo supra centum.	Centeni terni	Scd's supra centesimum.	Bis ⁊ centies
Centum tria	Terni supra cētenos.	Centesimus tertius.	Centies ⁊ ter
Tria supra centū.⁊c.	Ducēteni vel duceni.	Tertius supra cētesimum.	Ter ⁊ centies.
Ducenti.e.a.vel	Bis centeni.	Ducētesimus vel.	Ducenties vel.
Bis centum	Trecēteni vł treceni	Bis cētesimus.	Bis cēties
Trecenti.e.a.vel.	Tercenteni.	Trecētesimus vel	Trecenties vel.
Tercentum.	Quadringēteni vł.geni	Tercētesimus.	Tercenties
Quadrigenti.e.a.vel	Quatercenteni	Quadrigētesimꝰ vel	Quadringēties vel
Quater centum.	Quingēteni vel q̄ngeni	Quatercentesimꝰ	Quatercenties
Quingenti.e.a.vel.	Quinquies centeni.	Quingētesimus vel	Quingēties vel
Quinquies centum.	Sexcēteni vel.ceni.	Quinq̄es cētesimus	Quinquies cēties
Sexcenti.e.a.vel	Sexies cēteni	Sexcentesimus vel	Sexcēties vel.
Sexies centum	Septīgēteni vel.geni	Sexies cētesimus	Sexies centies.
Septingenti.e.a.vel.	Septies cēteni	Septingesimus vel	Septingenties vel
Septies centum.	Octingenteni vel.geni	Septies centesimus	Septies centies
Octingenti.e.a.vel	Octies centeni	Octingentesimꝰ vel	Octingenties vel
Octies centum.	Nongenteni vel nōngeni.	Octies cētesimus	Octies centies
Nongenti.e.a.vel.	Nouies centeni.	Nongentesimus vel	Nongenties vel
Nouies centum.	Milleni.e.a.vel	Nouies cētesimus	Nouies centies
Mille adiectiuū vel	Singuli milleni	Millesimus.	Millies.



De nominibus numeralibus.

Numeralia.	Diuidua.	Ordinalia.	Aduerbia.
Unum mille.	Singuli milleni.	Millesimus.	Millies.
Duo mille vel	Bini milleni vel	Bis millesimus.	Bis millies.
Duo milia.	Bis milleni	Bis millesimus	Bis millies
Tria mille vel	Ter milleni vel	Ter millesimus	Ter millies
Tria milia.&c	Terni milleni	Ter millesimus	Ter millies.
Decem mille vel	Deni milleni.	Decies millesimus.	Decies millies.
Decem millia	Decies milleni	Decies millesimus.	Decies millies.
Uiginti mille	Uiceni milleni.	Uicies millesimus	Uicies millies
Uiginti millia	Uicies milleni	Uicies millesimus.	Uicies millies.
Triginta mille	Triceni milleni	Tricies millesimus	Tricies millies
Triginta millia	Tricies milleni	Tricies millesimus.	Tricies millies
Quadragita mille.	Quadrageni milleni	Quadragies millesimꝰ	Quadragies millies
Quadragita milia.	Quadragies milleni	Quadragies millesimꝰ	Quadragies millies
Quinquaginta mille.	Quinquageni milleni	Quinquagies millesimus.	Quinquagies millies
Quinquaginta milia.	Quinquagies milleni	Quinquagies millesimꝰ.	Quinquagies millies
Sexaginta mille	Sexageni milleni	Sexagies millesimus.	Sexagies millies
Sexaginta milia.	Sexagies milleni	Sexagies millesimus.	Sexagies millies
Septuaginta mille	Septuageni milleni.	Septuagies millesimus.	Septuagies millies.
Septuaginta milia	Septuagies milleni	Septuagies millesimus.	Septuagies millies.
Octoginta mille	Octogeni milleni	Octogies millesimꝰ	Octogies millies
Octogininta milia	Octogies milleni	Octogies millesimꝰ	Octogies millies.
Nonaginta mille.	Nonageni milleni	Nonagies millesimꝰ	Nonagies millies
Nonaginta milia	Nonagies milleni	Nonagies millesimꝰ	Nonagies millies
Centū mille vel milia.	Centeni vel.cs.milleni.	Centies millesimus	Centies millies.

¶ De punctis clausularum.

Quemadmodū in sermonis ductu necesse est fieri quasdā silētij distinctiōes:tū vt auditor ītelligat clausularū diuersitatē: tū etiā vt is q̄ loquiť captato spū maiori acrimonia ꝓficiet:idē q̄q; faciamꝰ oportet in scripto:vt ꝑ q̄dā signa confusionē illā distinguamꝰ.⁏ Est q; illud in primis aīaduertēdū duas tm̄ esse notas: q̄bus eruditi eē cōtextus ambiguitatē illam distin guūt:dicēte Hieronymo in ꝓlogo Esaie:sed qd̄ in Demosthene ⁊ Tullio solet fieri:vt ꝑ cola scribanť ⁊ comata. Nam qui quas appellāt periodos/virgulas/⁊ parētheses addiderūt: nullos habēt autores:cum econtrario sacre scripture libri colo ⁊ cōmate contenti sint. Est igitur cōma : quod per duo puncta designatur:quoties orationis tractus eo ꝑuenit vbi oratio cum verbo aut aliquo vim verbi obtinente finitur:sed tamen aliam quandā orationē sibi adiungi desiderat.vt cōuertente dn̄o captiuitatē syon: vel cū conuerteret dominus captiuitatē syon. Cōma autē dicitur a copto verbo greco qd̄ est incido.vnde latine potest appellari incisio:qm̄ suo loco incidiť oro. Colū cuiꝰ nota punctꝰ est:poniť vbi clausula finiť atq; q̄escit.vt cū cōuerteret dn̄s captiuitatē syō: facti sumꝰ sicut ꝯsolati. Sūt q̄dā loca ī q̄bꝰ nescias an oro q̄ seq̄ť:ex suꝑiori depēdeat.vt Dixit dn̄s dn̄o meo:sede a dextris meis. hoc loco cōma colū potuit eē. Colū q̄q; ponimꝰ īter singulas partes orōnis:q̄ ꝑ articulū aut dissolutū sine ꝯiunctiōe āuectunť vt grāmaticꝰ.rhetor.geometres.pictor.aliptes. Nō tm̄ dissimulauerim opoztunā eē notā interrogatiōis ī fine clausularū q̄s iterro gatiue aut cū iterrogatiōe admiratiue ꝓferimꝰ.vt hic pietatis honos:sic nos in sceptra reponis? Pretermittere vero nullo mō possū:qd̄ video Quītiliano exactissimo harū rerū iudici placuisse: vt q̄ties dictio esset ābigua vl' significatiōe/ vl' declinatiōe/vl' mutatiōe ī aliā ptē orōnis:ābiguitas illa suꝑ īposito apice tolleret.esto exēpli grā.occidit si habet apicē in pma syllaba:significat in ea eē a cētū ꝑdominātē:seq̄ntēq; eē breuē : ꝓferriq; accentu graui:valetq; tūc occido.i.pereo.qd̄ si suꝑ secundā ponat apex: significat syllabā illā eē longā in eaq; ꝓferri accentū ꝑdominantem.vt occido.valet ꝓ eo quod interficio.

De ordine partiū orationis.

Cum eēm cotidiano ꝑpe cōuitio req̄sitꝰ tū ab amicis tū etiā ab alienoribꝰ vt scriberē aliq̄d de cōstru ctiōe quā ipsi appellāt:ego vero ordinē potiꝰ partiū orōnis dixerim:nō potui negociū recusare qd̄ tātope efflagitabať. Oro vero a grāmaticis nō ea lege ordinať qua iuniores putāt.vt ntūs semp ꝑcedat & verbū sequať. &c. Sed ita ordināda ē:vt qd̄ est inuolutū explicet:ita vt ex dispositiōe partiū sensus lectiōis possit ꝑcipi. & an ex orōnis serie aliq̄ dictio sit ociosa & ab orōne soluta. Nō tm̄ fuisse illū ordinē apd̄ anti q̄s quem isti nunc desiderant:licet videre apud autores q plærūq; descēdūt ad ordinē lectiōis. vt Donatus in barbarismo cū de synchesi hiperbatō specie differeret:citās illud Vergi.in.i.æneī. Tris notus abreptas in saxa latētia torquet:Saxa vocāt itali mediis q̄ ī fluctibus aras. Ordo inquit est:Tris naues abreptas notus torquet in saxa.q̄ saxa in mediis fluctibus latentia itali vocant arasꝰ. En tibi accusatiuum ꝑpositum nō mo do verbo sed etiā verbi supposito. & in mediis fluctibꝰ hoc est ablatiuum cū prepositione ꝑpositum par ticipio:& in hunc modum alia.Sed vt his morē geramus:hunc ordinem sequi poterunt.

Igiť posita ante oculos clausula: principio verbum cōtemplabimur.deinde verbi suppositū.consequē ter casus cū quibus verbū cōstruitur. Ordinamus vero sic. Si fuerit uocatiuus ab eo faciemus initium. Q̄d si non fuerit.a ntō incipiemus. Deinde verbū sequiť. cui adiungiť aduerbium.nā aduerbiū qd̄ verbū de terminat aut participiū aut nomē: continuo post illas particulas poni debet. quēadmodū ꝑpositio ante suū casualem. & coniunctio ante illud quod superioribus adnectit. Q̄d si duo verba aut plura fuerint in eadē clausula:a principali verbo hoc est qd̄ facit orōnem quiescere incipiendū erit. vt liber quem emisti erat meus.verbū principale est erat. Tunc apponemꝰ dtm̄ aut accusatiuū vt commodius erit.tandē casum qui ꝑpositionibus adiungiť:siue effectiuum ponemus. Adiectiuum quoq; post substantiuū & relatiuum post antecedentem & genitiuum post dictionem a qua regitur ordinabimus. Preponuntur quoq; particulæ interrogatiuæ.vt quis nūquid. & negatiuæ.vt nemo. & vocatiuę.vt.o.heus. & exhortatiuę & optatiuæ.

Aelij Antonij Nebrissensis grammatici & rhetoris relectio noua de accentu latino aut latinitate donato. quam habuit Salmanticæ. iii. Idus Iunias. Anno. M.D.XIII.



Etsi oẽs disciplinę q̃ actione aliqua siue contemplatione terminãt: maxima ex parte circa res difficiles ãbiguas incertasq; versent: tñ ppẽsiori quodã modo id quotidie in re litteraria experimur. Atq; vt omittam9 illa q̃ sunt nobis inspirata diuinit9: quibus nihil certius esse potest: quid est qđ humana diligentia possit assequi: nisi allucinãs & quasi p noctis vmbras aliquid explorãs? Iam illa q̃ primũ certitudinis gradum obtinere dr̃ metheseos doctrina: tãtis hodie tenebris ĩuoluta est: vt pauca illius vestigia extent. Nam de physicis quota pars rerum est inuenta: quas natura in sinu maiestatis suæ reposuit? Excutiamus nunc artes illas quarũ finis est actio. atq; ciuilẽ imprimis q̃ intra se oĩa illa complectit: quibus humana societas cõstat. Accipe quid de illa philosophorum maximus dicat. Iusta inquit & honesta de quib9 ciuilis cõsiderat: tãtã varietatem & discrepantiã in se hñt: vt lege duntaxat & cõsuetudine: nõ aũt natura cõstare videant. Medicina quoq; siue sit illa methodica. siue clitica. siue empirica. nihil est incertius cum p loci. p tpis. p ætatis. p medicamentorum rõne labet: atq; subinde nouitatib9 victa mutet. Nolo nunc commemorare aliarum artiũ incõstãtiã: venio ad grãmaticen: cui ratio dicendi cõiuncta est: q̃ cũ sit ex diuersorum temporum autorib9 aut ex contemporaneis discrepãtibus collecta: nihil ppe modum certi ac definiti de ea tradi potest. Quare illud vnicũ tãtę ambiguitatis remediũ est nobis reliquũ: vt optimi cuiusq; autoritati innitamur. Qui sint aũt optimi aut qui aliis p̃stãtes: alibi est a nobis copiosius disputatũ. Sed cũ sint alia cõplura q̃ longa desuetudine interciderũt: illud imprimis est q in pferendis verborum syllabis a plerisq; oib9 peccat: tũ in extensiõis quãtitate: tũ in acumine & grauitate. Nam cũ inter alias syllabę accidentias duę potissimũ sint necessariæ: extensiõis quãtitas & sublatio atq; dep̃ssio: nemo est hodie qui syllabas sua tpis duratiõe pferat: hoc est breuẽ vno tpe longã duobus: etiã si artis p̃cepta calleat: q̃ de hac rõne tradunt. Quid quod neq; satis cõpertũ est a grãmaticis de quibusdã longę ne an breues sint? Nã quis hodie scit qua tpis duratiõe pferat inclyt9: qua insan9 in prima syllaba? Quia si dicis q breui quia p naturã semper breuiat: etiã si positione sit longa: quomodo nunq̃ in carmine reperit breuis: nisi cũ vocalis sequit. vt inanis iners. Aut si lõga est natura seq̃nti cõsonãte: quomodo Cicero de oratore ad Brutũ dicit. q inclyt9 breuiat & insan9 pducit? Verba illius sunt. Inclytus dicim9 breui prima. insanus pducta. insipiẽs in human9 breui. infœlix longa. Itaq; iã syllabarum quãtitas ad nullos alios vsus est necessaria q̃ ad examinãda carmina & accentus rõnem. ad extensionẽ cõtractionẽq; nihil prorsus: cũ indifferẽter lõgis p breuibus. & breuib9 p longis vtamur. Sed cũ in arte mea de accentu latino regulas pponerẽ: cur cũ longe lateq; paterent: in ãgustias quasdã coarctaui? Aut quid mihi venit in mentẽ. vt cũ Quintilian9 libro primo institutionũ oratoriarum latini accẽtus regulas simpliciter & sine vlla exceptiõe traderet. ego illas in arctũ quendã locũ augens artis difficultatem cõtraxerim. hoc est in nigrũ cãdida vertere in tenebras splendore cõspicua. Apud nos inquit ille: accentus latini ratio breuissima est. Nãq; in omni voce acuta intra numerum triũ syllabarum cõtinet siue hæ sint in verbo solę: siue vltimę: & in his aut pxima extremę: aut a fine tertia. Trium porro de quib9 loquimur: media longa aut acuta erit. aut flexa. eodẽ loco breuis vtiq; tertiã acuet. Est aũt in omni voce vtiq; acuta: sed nunq̃ plus vna: neq; vnq̃ vltima. ideoq; in dissyllabis prior acuta. Preterea nunq̃ in eadẽ flexa & acuta: quia eadẽ flexa ex acuta. vtiq; neutra claudet vocẽ latinã. Et vero q̃ sunt syllabę vni9: erunt acuta aut flexa: ne sit aliqua vox sine acuta. Quid aperti9 dici potuit: aut quid simplicius? Atq; vt eandẽ p̃ceptionẽ nobis ĩculcaret: idẽ sępe sed aliis verbis repetit. Est inquit in omĩ voce acuta syllaba: neq; vnq̃ vltima: ideoq; in dissyllabis prior. Et subdit: q accent9 acut9 in penultima aut in ãtepenultima: circũflexus in vltima aut in pxima a fine semper collocari debet. Idẽ quoq; autor libro eiusdẽ operis duodecimo vbi oratorẽ officio instruit: moribusq; informat. accentus inquit cum rigore quodã: tum similitudine ipsa minus suaues habem9: quod vltima syllaba neq; acuta vnq̃ excitat: nec flexa circũducit: sed in grauem vel in duas graues cadit semper. Vides quemadmodũ per abnegationẽ interponit decretũ irritãs: cũ dicit neq; vnq̃ vltima: & vtiq; neutra claudit vocẽ latinã: sed in grauẽ vel in duas graues cadit semper. Quã generalitatẽ nullis coarctat limitib9: nulla exceptiõe cõtrahit. nullis p̃scribit finibus. Quid igit sibi voluit quod in calce nrarum introductionũ dixim9 accentus latini regulas tot modis fallere? Ac primo quidẽ distinctione: hoc est differentiæ causa. Secũdo abscisiõe. Tertio attractione. Quarto interrogatione. Nã de synepia hoc est de cõseq̃ntia & de idiomate postea disserem9. Ego tibi o amice: vt ingenue verũ fatear: quo tpe rudimẽta illa in vulg9 edidi: nõ putarã tãto cõsensu oẽs Hispanos meos in sentẽtiã meã ituros. Itaq; nõ fuerã ausus

immutare quicq̄ ex iis vocultationibus quae illorum auribus iam pridē insederāt: cum praesertim essent autores quib? possent errata sua defendere. Nā quis mihi crederet: si iā inde a principio dedissem pręceptū: quod in crementis verborum pferendum esset. Amauerímus amaueritis. Docuerímus docueritis. & similiter cadentia: accentu in penultima circumflexo. Atqui iam nemo est vel mediocriter doctus: qui sic nō pferat: tantum potuit efficere iuncta cum ratione autoritas. Quod spero etiam futurum in iis vocibus: de quibus impraesentiarum disputaturi sumus. Fallunt inquam regulę superiores: & primo quidem distinctiōe: hoc est differentiae causa. Idq quosdam putasse debere fieri. Quintilianus refert. Caeterum iā scio inquit eruditos quosdam & nonnullos etiā grammaticos sic docere ac loqui: vt ppter quaedam vocum discrimina verbum interim acuto sono finiant: vt in illis. Quae circum littora circum piscosos scopulos. ne si grauem posuerint secundam: circus dici videat. non circuitus. Quod nullo modo posse dici Quintilianus statim ostendit dicens. mihi videt conditionem mutare: quod in his locis verba coniungimus. Nam cum dico circū littora: tanq̄ vnū dico dissimulata distinctione. itaq tanq̄ in vna voce vna est acuta: quod idem accidit in illo Troiae qui primus ab oris. Haec Quintilianus. & subdit. separata vero hęc a praecepto nr̄o nō recedent. quod pinde est ac si dicat. praepositiones suo casui praepositas cum illo coalescere: communemq accentum habere: quandoquidem vna vox vtraq particula censet: ita tamen vt praepositionis syllabę oēs grauent & accentus accommodet dictioni cui pręposito illa deseruit. Quod si praepositio separet. quod potest fieri cum contra naturam suam postponit: vt cum Vergilius dixit: transtra per & remos. & alio in loco. Errabant acti fatis maria omnia circū. aut p se praepositio sine suo casu pferat. vt cum dico circū prępositio iungit accusatiuo: palam vero ablatiuo: tunc Quintilianus dicit q tales voces a pręcepto suo non recedent. hoc est q sequent regulas accentus latini perinde ac si essent per se dictiones. Quod vero Quintilianus ait distinctionem illam siue differentiae causam in aduerbiis tantum vindicasse quosdā: id sibi nō placere ostendit cum regulas pponens nihil excipit. Sed neq legi quemq̄ cui? autoritas admitti debeat: qui hoc scripserit. Neq audiui quemq̄ virum doctum: qui huiusmodi loqndi rōne sit vsus. Quod si quis mihi Priscianū obiecerit qui nonnihil huic pręceptioni obstat: vt me aliqn̄ tantis q̄stionibus explicem: principio nō admittam libellū: qui sub illius noīe inscriptus de accētu vulgo circumfert. idq doctissimorum cōsensu atq cōpluribus argumentis facile cōprobat. Nam q̄ de aduerbiis libro quintodecimo atq de aliis partibus orōnis aliis in locis scripsit: nō sunt multifacienda cum habeam autores optimos quorum testimonia possim illi opponere. Seruius in illud ex aeneidis Vergilianae libro sexto. illius ergo venimus. Ergo inquit coniunctio fuit: sed per accentus mutationem in aduerbium transit: & est sola particula quae habet in fine accentum circūflexum. Quod si sola: igit alias aduerbium loci & tpis non circumflectit: id quod Priscianus putat. Idem quoq praecipit composita ab inde tertiā a fine debere acui. vt déinde. éxinde. próinde. périnde. & a quando. vt alíquando. néquando. síquando. Quā pungendi rōnem Aldus Manutius sequit. De quo quid nos sentiamus postea dicemus. Idē adhuc Priscianus asserit ab horsum cōposita. vt déxtrorsum. siníistrorsum. déorsum. séorsum. & ab hac particula versus cum postposita componit: vt italiám versus. siciliám versus: eandē quoq tertiam a fine acuere: nō ob aliā rōnē nisi vt sub vno accentu plata demonstrent esse composita. Non tamē in eadē pstat sententia: sed affert adhuc aliam causam minus aptam: quam sibi magis placere dicit: particulas videlicet illas horsum & versum habere vim quandā inclinandi ad se noīa suprapposita: quemadmodū & illa. q. ne. ve. quas vocant inclinatiuas ex eadem ratiōe de quibus mox. Eandē cōpositionis causam esse dicūt cur illa mutent accentum ex penultima in tertiā a fine déinceps. de répente. de impróuiso. & a ppter cōposita. vt eápropter. quápropter. & a longe. vt délōge. álonge. & a circum. vt circúmcirca. ídcirco. & cōplura alia ad hunc modū. vt dúmtaxat. exáduersum quę omnia & Quintilianus & doctorum vsus excludit. Aiunt praeterea differentiae causa accentu acuto in vltima pferenda esse illa pfectó. porró. immó. ne videant coincidere cum datiuis quorundam nominum. Cur non & aduerbia illa quae ipsa datiui terminatione similia sunt quibusdam nominibus adiectiuis. vt falsó. certó. manifestó. consultó. crebró. auspicató. augurató. sedulò. praecarió. meritó. raró. modó. citó. Ad quod isti respondent id non debere fieri nisi in illis tantum: vbi autores differentiam facere voluerūt: Sed qui tandem obsecro sunt isti autores? vbi latent? vnde sunt petendi? Nōne commodius multoq simplicius est Quintiliani pręceptum: qui nihil tale nos curare pręcipit: sed tantum vt accentus latini regulas teneamus? Quod si vt ille ait consuetudo vicerit: vetus lex sermonis abolebit: totumq hoc negocium qd grammaticē appellamus: nomen est inane. Sit apud gręcos accentus ratio difficilior: sit apud nos q̄ breuissima. habeāt illi accentus magis varios quia plures hn̄t dialectos hoc est loqndi genera: sit nobis vnum atq simplex dicendi genus: sint illis quātumcūq volent accētus suaues atq ipsa varietate dulces: dum nobis relinquant grauitatem atq constantiā: qui musas colimus seueriores. Maneat igit nobis in hac parte fixum indubitatumq pręceptū: siue fiat compositio ex diuersis particulis: siue inuicem apponāt: semper obseruandos esse tenores ppositis de latino sermone regulis hoc est nunq̄ in fine acuendam aut circumflectendam esse syllabam: nisi in iis q̄ sunt syllabę vnius. Neq dicendū cū imperita multitudine. plané. sané. vná. poné. feré. fermé. ergó. aliâs. vltima acuta aut circūflexa: sed econtrario priori acuta aut circūflexa

sequenti vero delecta. Quod si penultima per naturam fuerit longa: in eadem accentum debere collocari.
Neq; cum vulgo proferas prima acuta ádprime siue apprime: sed media adpríme siue appríme: quia ea=
dem est longa. Non enímuero siue átuero antepenultima acuta: sed penultima enimuéro atuéro. Quod
si fuerit breuis: in tertiam a fine esse tranferendum: si dictio sit composita. vt in illis ádmodum: quemád=
modum. propémodum. póstmodum. póstmodo. quodámmodo. huiúsmodi. istiúsmodi. Si vero com=
positione non coalescant: suo quęq; accentu erunt proferenda: vt si tribus particulis solutis dico quem ad
modum. Idem quoq; dicendum de illis multómagis siue múltomágis. quantómagis siue quanto má=
gis. multóminus siue múlto mínus paulóminus siue páulo mínus. nihilómagis siue níhilo mágis. nihi=
lóminus siue níhilo mínus. Alióqui si componatur accentu in penultima. si vero non componatur sua
quæq; particula suum accentum habebit. Ex hac ratione tenus præpositio cum postponatur semper con
tra naturam præpositionis: si componitur remittit accentum ad syllabam præcedentem. vt háctenus. quá=
tenus. Si vero non componitur: suum per se accentum retinebit. vt crurum ténus. capulo ténus. pube té=
nus. Illa tamen quæ corrupta in compositionem veniunt siue ita coeunt vt non possint separari: si penul=
timam habent breuem: regulam accentus generalem sequuntur. vt alíubi. sícubi. ínibi. idéntidem. índi=
dem. interáloci. óbiter. & huiusmodi. Secundo inq; accentus latini regula fallit in dictionibus abscissis
quia in eadem syllaba retinent accentum: in qua fuerat ante abscissionem: quemadmodum in nominibus
propriis secundæ declinationis in. ius. syllabas desinentibus: quæ. us. mutata in. e. apud antiquissimos for=
mabant vocandi casum: vt hic Vergilius o Vergilie. hic Ouidius o Ouidie. hic Mercurius o Mercú=
rie antepenultima acuta: propterea quod penultima breuis est. Deinde. us. finalis abscissa sequens atq;
proinde seculum eruditius protulit. o Vergíli. o Ouidi. o Mercúri. accentu acuto in eadem syllaba hoc
est in penultima: quãq; sit breuis: quod est contra latini sermonis regulam. Quis hoc dicit? Priscianus opi=
nor in secundo de octo partibus orationis volumine: cum de vocatiuo singulari declinationis secun=
dæ agit. Atqui. P. Nigidius figulus apud Gellium in libro noctium atticarum duodecimo aliter sen=
tit: reiiciendum esse videlicet in tertiam a fine: quoniam penultima sit breuis. Nigidii verba referẽte Gel=
lio ex grammaticorum commẽtariorum libro quarto & vicesimo sunt huiusmodi. Voculatio inquit qui
poterit seruari: si non scimus in nominibus vt Valeri vtrum interrogandi an vocandi sint casus? Nam
interrogandi secunda syllaba superiori tono est quam prima: deinde nouissima deiicitur. At in casu vocan=
di superiori tono est prima: deinde gradatim descenditur. sic quidem Nigidius præcipit. Sed si quis nunc
inquit Valerium appellans in casu vocandi secundum præceptum Nigidii acuerit primam: nõ multum
aberit: quin rideatur. Hæc Gellius. Voculationem appellat Nigidius: quem nos accẽtum. Casum interro=
gandi: quem nos genitiuum: quia per illum interrogamus cuius est aliqua res. Casum vocandi quem nos
vocatiuum. Sed cur in vocatiuo Nigidius acuit tertiam a fine: & in genitiuo penultimã? illa nimirum ratio
est: quod vocatiuus. i. simplici genitiuus. i. duplici scribitur. quæ prolatæ coalescunt in synæresim: retinent
tamen propemodum vim suam. Sed dic mihi rogo te: vtri magis credendum esse censes. Prisciano homi
ni nouicio atq; omnium reprehensioni obnoxio: an Nigidio omnium iudicio viro eruditissimo? Nemo
est vel mediocriter in re litteraria doctus: qui nõ in Prisciano aliquid desideret: aliquid detrahat: aliquid scri=
ptum negligentius existimet. Idq; iam vulgo persuasum est: vt illius auctoritas non admittatur: nisi in iis
quæ aliorum testimonio probat: aut quæ aliorum sententiæ dũtaxat non aduersentur. At de Nigidio Fi=
gulo audi quid Gellius in libri vndeuicesimi calce scribat. Aetas inquit Marci Ciceronis & C. Cæsaris pre=
stantes facundia viros paucos habuit: doctrinarum autem multiformium variarumq; artium quibus hu=
manitas erudita est: culmina habuit Marcum Varronem. & Publium Nigidium. & quæ sequuntur. Sed
obiicet mihi quispiam rursus: cur igitur contra Nigidium præceptionẽ dedisti: quod abscissione accent9
latini regula fallit? Nimirum quia illud vulgo proponebatur: sed quid ego de ea re sentirem in cõmentatio
nibus in quibus cũ eruditioribus loquor: manifeste ostendi. Quãq; P. Nigidius inquã vir sui seculi pre=
ter vnũ Ciceronẽ omniũ eruditissimus putauerit in casu vocãdi huius nominis valerius: primam accentu
acuto esse proferendã. Quod & si Gellius scribit non defuisse qui irriderent ego tantũ Nigidio tribuo: vt
cũ eo libentius velim errare: q; cũ omnibus neotericis litteratoribus verũ dicere. Scribit prætera priscia=
nus libro quinto ꝙ nomina in. as. desinentia si sunt latina & patria: debent in fine circũflecti. vt arpinâs
suffensâs capenâs. affertq; eius rei causam: quia per syncopã proferuntur: antiquissimi enim hic & hæc ar=
pinatis & hoc arpinate proferebãt. Idẽ quoq; de pronominibus illis nostrâs & vestrâs vult intelligi. Quin=
tilianus certe nihil tale pręcipit: neq; quod ego legerim quisquã hoc scripsit: cuius modo autoritas sit reci=
pienda. Nam quod Probus grammaticus in illud Vergilii ex tertio æn. humo fumat neptunia troia scribit
exponendum esse fumat pro fumauit: atq; idcirco fumat vltimam debere circũflectere: merito a Seruio in
eodẽ loco exploditur: neq; vllo modo est admittẽdũ. Sed neq; illa quæ sunt a dico dicis. duco ducis. & fa=
cio facis cõposita: quæ abiiciũt. e. litterã finalẽ in secũda persona singularis pręsentis imperatiui modi: alio
modo sunt proferenda: q; secundũ regulas accẽtus latini. Sicut neq; aduerbia illa isthuc illuc. isthic. illic. &
similia. neq; obstat ꝙ sunt abscissa ab eo quod est isthuce. illuce. iamdónec siue ex eo quod est abscissum.

ab eo quod donicum.ſiue ex regula de accentu latino tradita primam circũflectit. Tertio inquam accent⁹
latini regula fallit attractione:ſiue inclinatione:ex natura vt aiunt quarũdam particularum quas dicunt ha-
bere vim attrahendi ſiue inclinandi ad ſe vltimam ſyllabam dictionis pręcedentis. Græci tamen aliter di-
cunt appellari apud ſe quaſdam particulas encliticas hoc eſt inclinatiuas; non quod ad ſe inclinent, vltimas
dictionum pręcedentium ſyllabas:ſed q ad illas ſuos accentus remittant. Sed ſiue hoc ſiue illud ſit: quod ad
rationem prolationis attinet:nihil refert. Sed habent græci huiuſmodi particulas inclinatiuas: quibus eſt
conſuetum acuere vltimas dictionum ſyllabas: idq; apud illos habere neſcio quam ſuauitatem Quintilia-
nus dicebat. Latini ſermonis conſuetudo huiuſmodi accentus quaſi peregrinos penitus reformidat. Quis
igitur præceptum illud primum induxit? aut vnde factum eſt: quod tam pertinaciter indoctorum animis
inſederit:vt nihil ſit:quod maiori contentione defendant? Quibus aſtipulantur nõ infimæ conditionis ho
mines:ſed maximi in re litteraria viri. Atq; in primis Aldus manutius: qui nunq̃ aliter pũgit libros: quos
per totum orbem terræ diſpergit. Sed quid ſi Quintilianus nihil tale præcipit? Quid ſi nemo eſt hodie:
qui virum doctum ita loquẽtem audierit? neq; vt opinor Aldus ipſe vnq̃ eſt locutus. Igitur Aldus quiſpiã
dicet:aliud facit.aliud præcipit. Sic eſt profecto.plenaq; huiuſmodi erroribus eſt vita. Sed in hoc peculiare
quiddam accidit vt contra falſum præceptum recte homines loquantur eruditi: aliis in rebus ediuerſo be-
ne præcipiant & agant male. Sed eſto ſyllaba inclinatiuæ particulæ incumbens acuenda ſit: id quod eſt in
noſtris præceptionibus traditum: num ita debet acui vt iſti faciunt? hoc eſt excitato ac vehemẽti quodam
ſono? Cur igitur dediſti nobis præceptum quod erat dediſcẽdum? Nimirum quia illic cum vulgo hoc eſt
cum pueris rudibus.cum præceptoribus parum eruditis. cum ſacrificulis & æditWis res agebatur. Quod
genus hominum nihil probat niſi quod didicit:atq; plærũq; nouitatibus offenditur. Quos cum recta
non poſſemus adoriri: dolis fuerunt circũueniendi. Diximus nãq; huiuſmodi ſyllabas non incitato illo ac
centu proferendas quem latinus ſermo recuſat:ſed clementiori & qualis eſt fere quem ipſi moderatum ap-
pellabant. Idq; teſtati ſumus in commentationibus noſtris in quibus non tam diſcipulos quam præcepto
res artis litterariæ inſtituimus. Sed de his hactenus.nunc ad reliqua pergamus.

Diximus accentus latini regulam quarto deficere interrogatione: quoniam vltimas clauſularum ſylla-
bas interrogando ſuſpendimus. Quod nimium eccleſiaſtici faciunt cum pſalmos. prophetias. epiſtolas:
euangelia. & doctorum expoſitiones populo audiente pronunciant: vel potius ſuboſcure cantãt. atq; vno
prope ductu ſyllabas omnes efferunt: niſi quatenus dictionis gratia quaſdam ſeſquitono: quaſdam diapẽ-
te hoc eſt tribus tonis cum dimidio ſubmittunt: At cum eſt interrogandum: quartam a fine deiiciunt ſe-
mitono: tertiam ſeſquitono: deinde penultimam tono: atq; vltimam rurſus attollunt ſeſquitono: vt ſit vlti-
ma ſyllaba par quintæ præcedenti. Quam monotomiam: ideſt eiuſdem toni ſimilitudinem fugiendam
eſſe in pronunciatione Quintilianus præcipit. Neq; enim omnia ſubmiſſo: neq; omnia elato neq; omĩa
medio quodam ſono: atq; ſub vno deniq; aſpectu ſunt proferenda: ſed faciendi ſunt quidam dictionum
ſyllabarumq; flexus: prout verborum aut ſententiarum aut ad ſequentia tranſitus ratio exegerit. Aliter
nãq; cæſum claudimus recitando Iuuenalis illud.

Semper ego auditor tantum: nunquam ne reponam:
Vexatus toties rauci theſeide codri? Aliter illud eiuſdem.
Nonne libet medio ceras implere capaces.

Quadriuio. illic nãq; acuimus finem: at hic grauamus. Itaq; nulla de his certa regula tradi magis poteſt:
quam de interiectionibus: quas omnes ſcribunt pro mentis noſtræ affectu aut pro arbitrio eſſe proferen
das. Audiui ego nuper Bernardum gentilem ſiculum ordinis prædicatorum fratrem: qui carmina ſua
quædã mihi recitans accentu acuto omnes clauſulas non ſine decore ac venuſtate finiebat. Deficiunt præ-
terea latini accentus regulæ idiomate: hoc eſt cum dictiones peregrinę ſermoni latino miſcẽtur: de quo in
calce introductionum latinarum diximus.

Hebreę voces plærumq; in fine acuuntur.
Non tamen & ſemper: quia ſæpe in fine grauantur:
Id quod alexander deceptus forte putauit.
Si caſus græcos vſurpet ſermo latinus:
Accentu græco talis vox eſt referenda.
Græca ſit at ſi vox ſed declinata latine:
Accentus noſter caſus moderabitur illos.

Nam quemadmodum in tertia repetitione diximus: de accẽtu latinarum dictionum multa a multis pro-
dita ſunt: at de hebraicis & græcis cum in ſermonem latinum non mutata litteratura tranſferuntur: quo eſ-
ſent accentu proferendę: neminem adhuc certi quicq̃ prodidiſſe. Quo in loco & ſi nonnihil de accentu
græco attigimus: atq; illa eadem ex parte cõlecimus in quodã opus quod cum eiſdem introductionibus
vulgo circumfertur: non tamen pigebit me nunc ea ipſa repetens iterũq; iterũq; monere. Neq; enim for-
taſſe ad rem tã inſuetã atq; proinde plæriſq; ignoratam vna via perueniri poteſt. Sed antea q̃ ad græcarũ

dictionū accētꝰ veniamꝰ:reddēdū hoc in loco est:quod de synepia sumus polliciti nos esse dicturos: quod
cū dictio hebraica siue græca finitur in syllaba acuta: sequiturꝗ ante cæsum siue clausulā aliqua verborum
series dissimulatur accētꝰ ille acutꝰ:& pro illo ponitur grauis.vt quod in genealogia saluatoris nostri legi-
mus apud Matthæū.Liber generationis Iesu christi filii Dauid filii Abraā.Abraā aūt genuit isaac.in prio
ri loco abraám accētu acuto in fine ꝓfertur:quia cæsum finitur.In sequēti grauis ponitur pro acuto: quia
sequitur genuit isaac.idē est dicēdū de clausulis sequētibꝰ. Igitur hebraicis vocibus in aliud tēpus reiectis:
de græcarū dictionū accētu q̄ sermoni latino intermisceri consueuerunt:pauca impræsentiarum perstrin-
gemus.Hæ omnes cū apud illos quinꝗ declinationes distribuantur:a nobis in tres dūtaxat priores redu
cuntur.Nam per quartā & quintā nullū est græcum nomen quod inflectatur: sed neꝗ latinū quod quidē
sit propriū.Nomina quoꝗ in quibꝰ declinatio græca cū suo accētu ab autoribꝰ vsurpatur:maiori ex par
te propria sunt virorū aut fœminarū siue locorū.Quæ quoniā in alterā linguā nō debēt trāsferri: non sine
causa interp̄tes cū sua litteratura plærūꝗ reliquerūt.Id quod est a septuaginta obseruatum:qui ex hebræo
in græcū sermonē transferentes raro ex propriis nominibꝰ quicꝗ̄ immutarunt. Posteriores audacius ex
adā adámus:ex abraā abraámus.ex iacob iacóbus.ex ioseph ioséphꝰ.atꝗ ad hūc modū alia cōplura in-
terpretātes.Pari quoꝗ modo latini ex græco nomina ꝓpria vertētes cū sua litteratura plærūꝗ reliquerūt.
nōnūꝙ illis declinationē suā cū reliquis accidētibꝰ accōmodarūt.Hinc. Quintilianus de grāmatica disse-
rēs.Recentiores inquit instituerūt græcis nominibꝰ græcas potius declinationes dare: tamen ipsum non
semper fieri potest.& subdit.Mihi autē placet latinā rationē sequi quousꝗ patitur decor.Neꝗ em̄ calypso-
nē dixerim vt iunonē:ꝙ ꝙ secutus antiquos.Cæsar vtitur hac ratione declinādi: sed autoritatē inquit con-
suetudo superauit.Phocas præterea vbi de græca declinatione:errant inquit qui didónis aut mantónis di-
cunt genitiuum:& vocū asperitas & veterū autoritas eiusmodi declinationē repudiauit.Quod si græcorū
nominū græcā declinationē admittimꝰ:& accētus quoꝗ græcos cum illis recipiamus necesse est: id quod
omnes ad vnū tam antiqui ꝙ recētiores grāmatici cōfitentur. Nominū itaꝗ græcorū aut eorū quæ per
græcā declinationē inflexa latino sermoni miscētur:nominatiui terminationes partim sunt mere græcæ.
partim mere latinæ.partim græcis atꝗ latinis cōmunes.Mere græcas voco illas: quæ non admittunt ca-
sus latinos.mere latinas:q̄ non admittunt casus græcos. cōmunes:q̄ sub eadē græca terminatione possunt
græce simul & latine declinari.Potest tamē fieri vt in quibusdā magis sint in vsu casus græci ꝙ latini: atꝗ
ediuerso in quibusdam magis latini ꝙ græci.Mere græce terminationes sunt illæ quas grāmatici declina-
tioni latinæ non interposuerunt.Hæ sunt in.a.longā quæ ad primā declinationē referuntur: vt neméa.as.
In.e.longā q̄ ad eandem primā vt Heléne.es. In.o.longā q̄ ad tertiā:vt saphó saphóos.& per synæresin
saphûs.In.os.& in.on.breues: q̄ ad secūdā. vt ílios vel ílion iliu. Mere latinæ sunt quæ græcos casus non
admittūt.quēadmodū oēs q̄ ex terminatione græca in latinā litteris immutatis sunt translatæ: vt ab helé-
ne.es.hélena.æ.ab atrídes.u.atrída.æ.Cōmunes sunt aliæ oēs quæ sub eadē terminatione græce & latine
possunt declinari:nisi quod vt paulo ante diximꝰ latini aliis casibꝰ magis ꝙ aliis vtūtur:puta in tertia decli
natiōe accusatiuis vtriusꝗ numeri potiusꝙ genitiuis.& genitiuis ꝙ datiuis. In scd̄a quoꝗ actō & vctō fre
quētius ꝙ gtō & gtō ꝙ datiuo.Ablatiuꝰ tamē quo græci carēt:semp erit latinꝰ:ac proinde accētu ac decli-
natione latina moderādus:præsertim si cū latina terminatione coinciderit.Nā in mere græca declinatione
ab latiuus datiuo potiꝰ assimilabitur.Sed antea ꝙ de singulis dicam : explodēda mihi est hoc in loco Aldi
manutii ratio:qua ex Quintiliani p̄cepto vtitur in accentibus per apices designandis.Nam in terminatio-
nibus illis q̄ sunt græcis atꝗ latinis cōmunes ego non video cur græcos potius ꝙ latinos sequatur. Nisi
forte fe:quia magis fauet græcę ꝙ latinę lectioni:siue vt nos homines latinos contēnat græcis se vocibus
iactat.Quod si iā terminationes illę sunt latinitate donatæ: atꝗ omniū cōsensu inter latinas receptę nume-
rātur:quæ tandē cacozelia est alienis ꝙ patriis vti male! Igitur quēadmodū ego illi facile assentior in mere
græca declinatione:ita in cōmuni penitꝰ dissentio. Itaꝗ ob hāc causam inter accētus græci regulas pro-
posita est a nobis vigesima his verbis.Ntūs atꝗ ꝓinde vctūs singularis terminationē habēs cōmunē græ
cis & latinis:tāetsi accētu græco & latino ꝓferri potest:mixtꝰ tamē sermoni latino secūdū regulas accentꝰ
latini proferēdus est.In sermone vero græco accētus græci regulas sequatur oportet. Esto exempli causa
hoc nomē átreus:quod tā a græcis ꝙ a latinis per eus diphthongon ꝓfertur: quā terminationē latini suā
fecere:atꝗ accētu acuto in prima protulerunt.Atqui Aldus mauult accentu acuto in vltima notare quēad-
modū & oīa alia noīa similiter cadētia puta penthéus.theséus.promethéus. Alia regula est qd' noīa mascu
lina aut fœminina aut duorū generū cōmunia quintę declinatiōis q̄ ad tertiā nr̄am referūtur. mittuntꝗ
noīatiuū & vocatiuum pluralis in.es.cōmunē græcis atꝗ latinis terminationē genitiui singularis vtriusꝗ
linguæ rationē sequunt:illa modo differētia est:qd̄ græci breuiāt latini vero ꝓducūt terminationē illā: vt
qm̄ apd̄ græcos noīa terminata in.as.recipiētia.d.in gtō acuūt vltimā:penultima quoꝗ gti acuit:atꝗ ex
cōsequēti aliorū casuū ex regula inferiꝰ tradēda. Esto exēpli causa arcás.arcádos.arcádi.arcáda. o arcás. In
plurali quoꝗ arcádes.Apud latinos tamē quia hmōi noīa in obliquis breuiāt penultimā : accentus trans-
fertur in tertiam a fine.vt arcás.árcadis.árcadi.árcadem.o árcas.Plurali ntō & vocatiuo árcades. Cum itaꝗ

Vergi.in buco.dicit ambo florentes ętatibus arcádes ambo. atq; ibidē:arcádes inuidia rumpantur vt ilia
codro.quia vtrobiq;.es.breuiatur.constat declinationē esse græcā & cōsequēter penultimam debere acui:
tāetsi penultima sit breuis.Accusatiui tamen pluralis inter græcos & latinos manifesta est differentia ex ter-
minatione. quod illi in.as.breuem nos vero in.es.lōgā terminam9. quare illi arcádas penultima acuta : nos
árcades antepenultima ꝓferem9.atq; pari modo de reliquis hmōi. Nunc ad singulas quinq; declinationū
gręcarū & triū latinarū terminatiōes accedam9. Sed qd sibi velit Quintilian9 cū de accētu scribēs ait se iu-
uene doctissimos quosdā senes proferre solitos átre9 & noīa hmōi prima acuta : vt necessario secunda esset
grauis:mihi nō liquet. Nā si terminationē illā in.eus. diphthōgō ex sermone græco in latinā declinationē
admittit:recte ꝓferebāt senes illi.si nō admittit ꝑperā. Atqui oēs grāmatici illā admittūt. atq; inter secūdæ
declinationis terminationes connumerant. Sed anteaq; ad singula descēdā: repetendæ sunt adhuc ex eodē
loco regulæ duæ.Prima.ꝙ vltima dictionis syllaba existēte lōga nō potest accētus in tertia a fine collocari:
sed in penultima aut in vltima.Altera quod in eadē syllaba collocatur accentus in obliquis : in qua fuerat in
recto.Quæ regula tribus in locis deficit:primo si in recto accēt9 sit in antepenultima: in obliquis vero vlti
ma sit lōga.tūc eīm ex regula superiori trāsfertur accētus in penultimā. vt apóstolos.apostólu apostólo. apó-
stolon.o apóstole vel apóstolos.in ntō actō & vctō antepenultima acuit̄ in gtō & dtō quia alter diphthon-
go alter o mega terminat̄:in penultimā trāsfert̄.Deficit quoq; hęc regula in noib9 q̄ ad tertiā nostrā decli
natione referūtur:quæ ꝓpterea quod crescūt vna syllaba in obliquis:si accēt9 in recto est in antepenultima:
necesse est in obliquis in sequentē trāsferat̄·qm̄ accēt9 in quarta a fine collocari nō potest.vt ænigma:habet
in prima accentū.ęnígmatos in secunda.Tertio deficit̄ hæc regula in dictionib9 monosyllabis q̄ ad tertiā
declinationē nostrā referūtur:quorū gtūs in.os.acuitur.trāsferturq; accentus a prima in vltimā. vt pán.pa-
nós.crés cretós.actūs qui frequēter vsurpatur ntī accētum sequitur.vt pána.créta. Primę igitur latinæ decli
nationis vna dūtaxat est terminatio in.a.breui:recipit tamē & quattuor græcas in.a.longā in.a.breuem in.
as.& in.es.lōgas quib9 oēs suos casus cōmunicat:recipit inq; ex prima declinatione gręca duas in.as.& in.
es.vt æneas.anchises.quarū gtūs exit in.æ.diphthōgō.cui similis est dtūs.Actūs in.an. Vctūs in.a.breuē.
abltūs in.a.longā.Sunt qui hos casus nō a græca terminatiōe in.as.aut in.es.sed a terminatione latina in.a.
breui deducāt:& illud quod Hora.in.ii.ser.scribit ne quis humasse velit aiacē atrida vetas cur. & illud Oui.
ex.iii.meta.Te tamē o parui rector polydecta seriphi.illud p̄terea Senecæ in agamennone. Aggrediar & te
orésta furabor libēs.Illud quoq; Martia.Teréos aut cœnā crude thyesta tuā.nō ab eo quod est atrides. po-
lydectes.orestes.thyestes:sed ab eo poti9 quod atrida:polydecta.oresta.thyesta esse deducta.Sed cur has du-
as latini magis nō recipiūt:q̄ alias de quib9 paulopost dicturi sum9:non video. Sed quod ad rem attinet:
plærīq; latinorū fallūtur:cū audiūt græcos putantes quod illorū verba ita sunt enūciāda : quēadmodū ab
illis proferūtur.Nā cū apud eos vltima existēte lōga accentus non possit in tertia a fine collocari : sed aut in
eadē vltima aut in penultima siue illa sit breuis siue illa sit longa:cūq; nomina in.as.& in.es. desinētia ꝓdu-
cantur in hac declinatione : necesse est vt penultima etiā si breuis sit acuatur. Quare illi ex sua regula dicunt
andréas.pythagóras.priamídes.panthoídes. Nos vero quia penultima est breuis : translato accentu in ter-
tiam a fine dicimus ándreas. pythágoras.priámides.panthóides.Itaq; apud Hora.in.ii.ser.quia ex decli-
natione græca legimus pythagóran per.n.in fine:penultimā accentu acuto proferem9.Qualia inquit vin
cunt pythagórā anitiq; reū doctūq; plátona.Apud Vergi.quoq; in.iii.ęn̄.ex eadē rōne priamídē helenū
graias regnare per vrbes.& apud Hora.in pri.car.tartara pāthoídē iterū orco.In vocatiuo quoq; apd̄ eū-
dē in.ii.ser.O laertiáde quicquid dicā aut erit aut nō.Pari quoq; sunt in errore qui obliquos: nam de rectis
nolo nūc digladiari:horū nominū esaíæ.iereml̄æ.zacharíæ.& similiter desinētiū : proferūt in penultima
accētu acuto: cū sint oīno casus latini habeātq; penultimā breuē. Eadē p̄terea ratio nr̄os in errorē induxit:
vt noīa græca secūdæ illorū declinationis in.a.longam desinētia penultimāq; breuiātia: quę cū apud illos
eādē penultimā siue vltimā acuāt:ipsi quoq; mutata etiā declinatione:quēadmodū illi proferūt:cum debe
rent ex accētus latini regula tertiā a fine acuere.& ꝓ eo quod illi dicūt sophía. philosophía theología.astro
logía.neméa penultima acuta:ipsi proferre deberent. sóphia. philosóphia. theológia. astrológia. némea.
accentu in tertia a fine ex ratione declinationis latinæ:q̄ vltimā ex lōga in.a. breuē cōmutauit. Quod si lō-
ga vspiā reperiatur:intelligim9 declinationē esse græcā:atq; ꝓinde accētu græco ꝓferendā. Quēadmodū
apud Papiniū in.v.theba.& facilis neméa latas euoluere vires.Quem locum Priscia.li.vii. citās neméa in-
quit quia seruauit.a.productam accentū in penultima retinet acutū.Non deerūt fortasse qui dicāt in papi-
nio legendū esse ꝓ neméa neméę.aut per cæsurā poni pro lōga:vt accētu latino proferat̄ némea prima acu
ta.Sed nihilomin9 regula vtriusq; linguæ in vigore suo perstat. Iā vero quis etiā ex doctissimis quibusq;
nō peccat in ꝓferēdis noib9 in.e.lōgā desinētib9 q̄ omnia ex mere græca declinatione inflectūtur in illis
præsertim q̄ habēt penultimā breuē.Nā cū deberēt illā enūciare accētu græco: ipsi latino proferūt:vt pe-
nélope pro penelópe.callíope.pro calliópe.hélene pro heléne.erígone pro erigóne. dánae pro danáe.eu
rýdice ꝓ eurydíce:& fere ad hunc modū nomina ꝓpria fœminarū p̄ter admodum pauca. vt agaué cana-
ché:acuētia vltimā.Nomina quoq; regionū.vrbiū & insularū vt líbye ꝓ libýe.ásine pro asíne: íthace pro

ithâce.mélite pro melíte.& nomina possessiua in ce. desinentia: quæ acuunt vltimam. vt grammátice pro
grammaticé. dialétice pro dialeticé. músice pro musicé. éthice pro ethicé. A recto etiam in. a. breui ter-
minato: cuius penultima producitur: acuiturq; antepenultima: accentus vsurpatur: vt apud Papinium
lib. vii. theba. Namq; ferunt raptam patriis ǽginam ab vndis. pro quo inerudíti dicerent ægínam pe-
nultima acuta siue circũflexa. quoniam est per naturam longa. Secunda declinatio litteras quinq; habet
proprias terminationes in. er. ir. ur. um. us. Recipit quoq; vnam græcis atq; latinis communem in. eus.
diphthongon. Cuius nominatiuus quemadmodum paulo ante diximus in sermone latino latinus po-
tius q̃ græcus censeri debet. atq; idcirco proferendus est accentu latino: hoc est penultima acuta: cum
apud illos acuat. Ex hac terminatione latini omnes casus atq; proinde accentus græcos vsurpant. vt
téreus: pro eo quod illi dicunt teréus. In genitiuo teréos penultima acuta. Martialis. flet philomena ne-
fas incesti teréos & quæ. In datiuo terî per synæresim quoq; sicut orphî. Idem in eodem opere. Orphî
calliopea lino formosus apollo. Nam órpheo & téreo latini essent casus. In accusatiuo teréa & orphéa
penultima acuta. Iuuenalis. Alcínoen bacchi thebas & teréa fausti. Vergilius. in buco. Orphéaq; in
medio posuit: siluasq; sequentes. Téreum nanq; & órpheum casus latini sunt. Vocatiuus fere semper
vsurpatur a latinis: circumflectitq; vltimam: vt o tereû. o orpheû. Ouidius lib. vi. meta. vt volucre ambo
voluisti tu quoq; tereû. Vergi. iiii. geor. Illa quis & me inquit miseram & te perdidit orpheû. atq; ad hunc
modum reliqua in. eus. diphthongon desinentia: quæ sunt prope innumera. vt týdeus. tydéos. tydéa.
tydeû. peléus. peléos. peléa peleû. theséus. theséos. theséa. theseû. achoréus. achoréos. achoréa. acho-
reû. penthéus. penthéos. penthéa. pentheû. prometheús. promethéos. promethéa. prometheû. Reci-
pit etiam duas in. os. & in. on. longas: quas illi per tertiam atticorum declinationem inflectunt vt an-
drógeos. andrógeo. andrógeo. andrógeon. o andrógeos. áthos. átho. átho. áthon. o áthos. Hæc declina-
tio cum suo accentu a latinis nonnunq̃ vsurpatur. Vergi. ii. ęnei. Andrógeos offert nobis socia agmi-
na credens. Idem libro sexto. In foribus lœtum andrógeo: tum pendere pœnas. Nam androgeo ge-
nitiuus est græcus atticus. Iuuenalis. Creditur olim velificatus áthos: & quicquid græcia mendax. Et
Vergilius primo georgicorum. Aut áthon: aut rhodópen. Hanc quoq; declinationem interpres
vsurpauit in epistola ad corinthios prima. Ego quidem sum Pauli: ego autem ápollo: qui genitiuus
est græcus ab eo quod est ápollos. Idem in eadem. De ápollo autem fratre notum vobis facio. qui abla-
tiuus datiuo attico similis est. Idem in epistola ad Titum. ápollo inquit sollicite permitte. qui accusa-
tiuus quoq; atticus est: habetq; accentum in tertia a fine: tametsi penultima sit longa: quod est decli-
nationis Atticæ proprium. De altera terminatione in. on. longam: non succurrit exemplum: quod vsur-
petur a latinis. Recipit præterea & duas alteras in. os. & in. on. breues: quæ quartam declinationem
græcorum inflectuntur vt ilios vel ilion. nam in vtraq; terminatione reperitur. & ab eo quod est ilion.
Vergilius. iii. ęneid. dixit. Ceciditq; superbum ilion: & omnis humo fumat neptunia troia. Ex hac ter-
minatione maxime in. os. latini frequenter casus rectos atq; ex obliquis accusatiuos vsurpant cum
suis accentibus: qui sunt apud illos tam varii. vt a nobis de illis nihil certi tradi possit. Nam & penul-
tima etiam per naturam longa existente reiiciunt accentum in tertiam a fine: quemadmodum in iis
quæ sequuntur. A´glauros. A´castos. Cáystros. Céphisos. Cýmolos. Cypárissos. Córinthos. E´ras-
mos. E´piros. Erímanthos. E´uandros. Helléspontos. Hermaphróditos. Hyácinthos. Hyméneos.
Iácchos. Léarchos. Léucippos. Mǽandros. Nárcissos. O´lympos. Péloros. Párnassos. Príapos. Po-
lýphemos. Rhadámanthos. Týrannos. A´bydos. Zácynthos. Quæ omnia rationis huius ignari ac-
centu in penultima proferunt ex eo decepti quod sit longa. Nam quis apud Vergi. in. iii. ęneid. non le-
git. Iam in medio apparet fluctu nemorosa zacýnthos. penultima acuta: pro zácynthos eadem grauis.
apud Ouidium. quoq; in hero. & quos tulit alta zacýnthos: pro zácynthos. & Apud Martialem. Con-
suluit nares an olerent æra corínthon: pro córinthon. apud Horatium tamen quia declinatione lati-
na vsus est legimus: contingit adire corínthum: penultima acuta. Ouidius in epistola leandri. In specu-
lis omnis ábydos erat. atq; rursus ad leandrum hero. Si quis abýdo venerit: aut quæro si ábidon eat.
sed quia ablatiuus mere latinus est: accentu latino est proferendus abýdo quemadmodum apud Vergi-
lium. i. georgi. & ostriferi fauces tentantur abýdi. Nam quod Lucanus in. ii. dixit. festõq; admouit abý-
do: q̃q̃ datiuus ille communis est græcis & latinis: nihilominus tamen ex iis quæ dicta sunt accen-
tu latino est proferendus. Atq; e diuerso complura sunt penultimam habentia breuem eandemq; acuen-
tia: vt a phago quod est comedo: & a phoreo quod est phero: & a phone siue phonos quod est cædes
composita: cuiusmodi sunt. Pamphágos. Sarcophágos. Lotophágos. Doryphóros. Nicephóros.
Carpophóros. Nebrophónos. Leontophónos. Myophónos. & ad hunc modum alia innumera
quæ sub regulam non cadunt. Ex sermonis præterea græci idiomate non pauciora sunt acuentia vl-
timam. vt Iapetós. Oceanós. Sperchiós. Silenós. Rhodanós. Apidanós Aeacós. & denominatiua exe-
untia in mos. Barbarismós. Solœcismós. Pleonasmós. Isthmós. & nomina possessiua desinentia in.
cos. vt grammaticós. dialecticós. rhetoricós. dicticós. historicós. & multa alia quæ numero compre-

hendere non est: quorum accentus cum terminatione in rectis & obliquis ab autoribus vsurpatur. sed ac= cusatiui vt paulo ante dixi frequenter: alii casus raro. vt apud cosmographos hesperúceras. i. promontoriũ hesperi. & heliutrápeza. i. solis mensa. & in plurali theonóchema. i. deorum currus.

TErtia declinatio terminationes habet aliquanto plures q̃ græcorum quinta: quæ ad tertiam no= stram referuntur: de quibus per ordinem nunc est differendum. Igitur in. a. desinentia quæ commu nis est græcorum & latinorum mittentia genitiuum in. atos. tertiam a fine acuunt in obliquis. vt dógma dógmatos. ænígma ænígmatos. diádema diadématos. Latini ex hac terminatione genitiuum pluralẽ plerumq; vsurpant: qui propterea quod in. on. per. o. longum terminatur quemadmodum & omnes aliæ partes orationis quæ per casus declinantur: acutum in penultimam attrahit. vt epigrámma epigrámma= tos. & in plurali epigrámmata. ammáton. Martia. in. i. toto notus in orbe Martialis argutis epigrammátõ libellis. & nomen illud dei quod est ineffabile tetragrammáton cognominatur. Clemens quoq; a nostris frequenter in libris peristromáton citatur.

In. i. latinum siue. y. græcum desinentia: quæ plærumq; barbara sunt: atq; apud græcos declinabilia sunt mittentia genitiuum in. ios. vel. itos. vel. yos. accentum habent in prima syllaba. vt cómmi cómmios. stímmi. mios. cíci. ios. álphi. ios. éri érios. tróphi. ios. ásty ástyos. nápy nápyos. méli. litos. móly. lyos. Cu= ius composita retrahũt accentum in tertiam a fine. vt hydrómeli. œnómeli. oxýmeli. Polysyllaba quoq;. vt cinnábari. píperi. sínapi. quod nos latinum facientes in sinâpis penultima circũflexa vertimus. Latini ex hac terminatione casus tantum recto similes vsurpant.

In. ω. mega desinentia quæ græcorum terminatio propria est generis fœminini vltimam acuunt: mit= tuntq; genitiuum in. oos. aut in. us. per synæresin contractam accentu circumflexo. vt didó didóos vel didûs didói vel didî contractam didóa vel didó. o didó vel didî. & eodem modo. sapphó sapphóos vel sapphûs. mantó mantóos. vel mantûs. clió clyóos. vel cliûs. erató eratóos. vel eratûs. echó echóos. vel echûs. calypsó calypsóos. vel calypsûs. spió spióos. vel spiûs. ió íoos. vel iûs. inó. óos. vel inûs. lampedó lam= pedóos. vel lampedûs. clothó clothóos. vel clothûs. Latini ex hac terminatione omnes fere casus synæ= rizatos cum suis accentibus vsurpant. Oui. in. i. de arte. Nec mihi sunt visæ. clió. cliûsq; sorores. Idem in heroi. An nisi legisses autoris nomina sapphûs. Vergilius. vii. ænei. Fatiducæ mantûs: & tusci filius amnis. Idem quoq; in. iiii. accusatiuum vsurpauit. Et nomine didó sæpe vocaturum. & in priape. Atlantidemq; calypsó. Hæc de græcis nominibus in vocalibus terminatis: quæ ad tertiam declinationem latinam re= ferri possunt. Nunc de iis quæ desinunt in consonantes: non quidem omnes: sed in tres tantum liquidas. n. r. s. & vnam duplicem. x. Nam in. l. m. nullum græcum nomen terminatur: sicut neq; in aliquam ex mu= tarum numero.

In. an. igitur plærumq; vltimam acuunt. vt titán titános. pæán pæános. pelecán pelecános. pán pa= nós. Cuius genitiuum Vergilius. vii. æñ. vsurpauit dicens. panós de more lycei. accentu acuto in fine ex re gula superius tradita. Accusatiuum quoq; in bucolicis. Mecum vna in siluis imitabere pána canendo. ex eadem regula accentu in prima.

In. en. per. η. acuunt vltimam plærumq;. vt hymén hyménos. lichén lichénos. adén adénos. solén so= lénos. troezén troezénos. sirén sirénos. Nonnunquam penultimam acuunt. vt héllen héllenos.

In. in. per iota quæ alteram quoq; habent terminationem in. is. vltimam acuunt. vt delphín vel del= phís. delphínis. telchín vel telchís telchínis. salamín vel salamís salamínis. eleusín vel eleusís eleusínis.

In. yn. quoq; per ypsilon penultimam acuentia eandem rationem sequuntur. vt phórcyn vel phórcis phórcynis. póltyn vel póltys póltynis.

In. on. per. ω. mega quædam acuunt finalem. vt sarpedón. gerión. amazón. antedón. chalcedón. carche dón. quedam acuunt penultimam. vt pláton. zénon. théon. achéron. médon. laocóon. demophóon. hip pocóon. quæ tria atq; his similia circũflectunt vltimam: si duæ vltimæ contrahuntur in vnam per synæ= resim. vt laocôn. demophôn. hippocôn. Ex quibus aliæ mittunt genitiuum in. ontos. vt achéron aché= rontos. médon médontos. laocóon laocóontos. demophóon demophóontos. hippocóon hippocóon tos. Quædam in. onos. per. o. longum: vt pláton platónos. zénon zénonos. babylón babylónos. théon théonos. dáphnon dáphnonos. platánon platánonos. Quædam in. onos. per. o. breuem. vt dæmon dæ= monos. cánon cánonos. iáson iásonos. agamémnon agamémnonos.

In. um. per. ου. diphthongon quamq; apud græcos sunt complura mittentia genitiuum. in. untos. hæc terminatio nunquam a latinis vsurpatur.

In. ar. nunquam fere vsurpantur a latinis: nam quod apud medicos frequenter vsurpatur hépar hépa= tos latinis vox est incognita: pro eo quod est iecur iecoris.

In. er. per. η. desinentia vltimam acuunt: vt sotér sotéros. aér aéros. æthér æthéros. cratér cratéros. chara= ctér charactéros. cremastér cremastéros. climatér climatéros. physetér physetéros. spinthér spinthéros. Iber vero íberos in recto penultimam acuit in obliquis ante penultimam.

In. ir. per. i. iota aut. yr. per ypsilon rara sunt acuentia penultimam: vt gádir gádiros. mártyr mátyros.

In.or.per.ω.mega acuunt proximam a fine: vt néstor.néstoros.héctor.héctoros.rhétor.rhétoros. polyméstor.polyméstoros.

In.as.masculina penultimam acuunt: vt adámas adámantos. polydámas polydámantos. ábas ábantos. apésas apésantos. athámas athámantos. átlas átlantos. chálcas chálcantos. cýphas cýphantos. coríphas coríphantos. eléphas eléphantos. gígas gígantos. pállas pállantos. períphas períphantos. phórbas phórbātos. tháumas tháumantos. thóas thóantos. Fœminina vero vltimam acuunt assumuntq; in genitiuo. d. vt acrás acrádos. diás dyádos. triás triádos. ogdóas ogdóados. heptás heptádos. pallás palládos. lampás. lampádos. quam rationem sequitur vnum ex masculinis. arcás arcádos.

In.es.per.η.masculina penultimam acuunt plerunq; ea quæ mittunt genitiuum in. etos. vt cráтes crátetos. chrémes chrémetos. dáres dáretos. cúres cúretos. láches láchetos. lébes lébetos. mágnes mágnetos. tápes tápetos. tháles tháletos. Et nomina quædam latina: quæ in græcum sermonem traducta amittunt.n. atq; rursus in obliquis resumunt. vt clémes clémentos. crésces créscentos. púdes púdentos. prúdes prúdentos. váles válentos. Penultimam quoq; acuunt ea quæ mittunt genitiuum in.eos. vt composita a sthenos qualia sunt. antisthénes antisthéneos. callisthénes callisthéneos. demosthénes demosthéneos. & a genos. vt antigénes. origénes. hermogénes. & a telos. vt aristotéles. praxitéles. pyrgotéles. Composita vero a cleos syncrizata circūflectunt vltimam. vt agathoclês. periclês. sophoclês.

In.is.per.i.iota. polysyllaba fœminina non habentia duas terminationes quæ mittunt genitiuū in. idos. plerūq; acuunt vltimam. vt cnemís cnemídos. crepís crepídos. & patronymica fœminina siue habentia formam patronymicorum. vt priamís priamídos. æneís æneídos. thebaís thebaídos. prophetís prophetídos. poetís poetídos. calamís calamídos. eumenís eumenídos. salmacís salmacídos. biblís biblídos. Quædā tamen ex his acuunt penultimam. vt thémis thémidos. cýpris cýpridos. pháfis pháfidos. curétis curétidos. élis élidos. Quædam acuunt antepenultimam. vt síbaris. cháribdis. thámiris. ádonis. théognis: quorum masculina mittunt genitiuum in. idos. vt páris páridos. théognis. theógnidos. ádonis adónidos. Aduertendum tamen quod mittentia genitiuum in. idos. per. os. purū possunt mittere genitiuum in. ios. more ionico. vt páris páridos. vel pários. mémphis mémphidos. vel méphios.

In.ois. mittentia genitiuum in.entos. penultimam acuūt: vt pyróis pyróentos. simóis simóentos. opóis. opóentos.

In.ys. per ypsilon quædam circunflectunt vltimam. vt ichthŷs ichthŷos. quædam eandem grauant: vt bótris bótrios. quædam acuunt eandem. vt chlamýs chlamýdos. tethýs tethýos. erinnýs erinnýos.

In.os.per. ω. mega desinentia tam habentia penultimam breuem quæ mittunt genitiuum in. otos. vt philéros philérotos. rhinocéros rhinocérotos. quam habentia eandem longā. quæ exeunt in oos. vt héros héroos. mínos mínoos. proximam a fine acuunt. Accusatiuus vtriusq; numeri vsurpatur a latinis.

In.us. quæ per. ου. diphthongon scribuntur. synerizata a nominibus terminatis in. ois. solutas: mittūtq; genitiuum in. untos. circunflectūt vltimam. vt simóis simûs. ûntos. opóis opûs. ûntos. phycóis phychûs. ûntos. hydróis hydrûs. ûntos. sipóis sipûs. ûntos. amathóis. thûs. ûntos. sericóis. icûs. ûntos. Rectus & accusatiuus vsurpantur a latinis.

In.ns. desinentia penultimam acuunt: mittuntq; genitiuum in.nthos. vt týrins týrinthos. hélmins hélminthos. Accusatiuus vsurpatur a latinis. Papinius li.iii. Suus excit in arma antiquam týrintha deus.

In.ps. polysyllaba tam simplicia q̄ composita pximam a fine acuunt: vt lélaps lélapos. æthíops æthíopos. & quę in genitiuo mutant. p. in. b. vt áraps. árabos. chálybs. chálybos. Sed aduertendum ꝙ omnia habēt o micron in recto: præterq̄ hýdrops. & cōposita ab ops quod est oculus. vt cýclops cýclopos. mýops. opos. mónops. opos. Nam ab ops quod est vox regulam sequuntur. vt mérops méropos. Latini ex hac terminatione accusatiuos vtriusq; numeri vsurpant.

In.ax. quędam accentu acuto in penultima proferūtur: vt thórax thóracos. phǽax phǽacos. córax córacos. quædam circunflectūt penultimā: vt aûlax aûlacos. clîmax clîmacos.

In.ex. per. e. longum. acuunt penultimam: seruantq; illud. e. in obliquis æque longum. vt mýrmex mýrmecos. nárthex. ecos. scólex. ecos. Habentia tamen. o. longum in penultima breuiant in obliquis illud. e. vt alópex alópecos.

In.yx. per ypsilon. partim acuunt penultimam. vt bómbyx bómbycos. bébryx bébrycos. ónix ónycos. sardónyx sardónycos. cóccyx cóccygos. órtyx órtygos. partim circunflectunt eandem. vt cêrix cerýcos. doédyx doédycos. Latini ex hac terminatione accusatiuos vtriusq; numeri vsurpant.

In.ox. per. ω. mega rara sunt acuētia finalem. vt cyamotróx. ógos. a trógo quod est voro & cyamos faba.

In x. habentia. g. ante. x. quam nos per. n. ex causa vni tantum mihi comperta per. n. proferimus & scribimus penultimā acuūt. mittuntq; oia gtiñ in. gos. vt phárinx phárуngos. lárynx láryngos. lýnx lýngos.

FINIS.

Antonius ad lectorem.

de litteris græcis.



Itterulas græcas fluxerunt vnde latinæ,
Si quis nosse cupit: longa terenda via est.
Vt culmen teneas: subeundi mille labores.
Rara quidem res est: at preciosa tamen.
Maiores maiora petant: mihi parua secuto:
Sufficiat pueris prima elementa dare.
Illa modo sine queis non constat sermo latinus:
Et quæ si spernas mox habeare rudis.

¶ Eiusdem Antonii in litteras græcas præfatio.



